RUDIMENTUM

Grammaticæ Græco-Latinæ

METRICUM.

In Usum

NOBILIUM puerorum

in Scholâ REGIA

Westmonasterii.

LONDINI,

Ex Officinâ *Eliz. Redmayne.* MDCLXXXIX.


ROBERT LOWNDES E
1702

RUDIMENTUM
Grammaticæ Græco-Latinæ
METRICUM.

VIsum eſt Grammaticæ metricis lenire laborem
Præceptis; neq; enim mentem effugientia vanum eſt
Principia, in causâ puerorum, adſtringere vinclis:
Lingua tenax, quæ vix animus capit, ut citò promat.
Notum id ſit primum: Linguæ documenta Latinæ
Sub Graio didicit Romana juventa magiſtro.
Græca elementa; & Græca vocabula totius artis;
Græcæ & formæ omnes; Græca Acci-*que*-dentia vocum:
Cuncta ferè ſunt, ſalvo Idiomate, Græco-Latina.

Si nihil excipitur, generalis Regula ſervit
Alterutri pariter, data per compendia, Linguæ.

Grammatica humanæ docet Ars elementa loquelæ.
Partes; *Litera*, *Syllaba*, *Vox*, *Conſtructio* Vocum:
Litera, *principium* eſt; *pars integra*, Syllaba, Vocis;
Vox, *animi ſignum*; Syntaxis, *forma loquendi*.

Orthoepeia, prima; Proſodia, parſque ſecunda;
Etymologia, tertia; pars, Syntactica, quarta eſt.

ORTHOEPEIA.

Rectam literulis facit *Orthoepêa* figuram.

Literæ.

Litera *Romanæ Dialecti* deno-novena est.

A. B. C. D. E. F. G. I. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X.

a. b. c. d. e. f. g. i. l. m. n. o. p. q. r. ſ. t. v. x.

Græci Litera bis duodena est *Alphabeti.*

Α, α. a.	Β, β, ϐ. b.	Γ, γ, ſ. g.
Δ, δ, ∂. d.	Ε, ε. ĕ.	Ζ, ζ, ʒ. z.
Η, η. ē.	Θ, θ, ϑ. th.	Ι, ι. i.
Κ, κ. c.	Λ, λ. l.	Μ, μ. m̀.
Ν, ν. n.	Ξ, ξ. x.	Ο, ο. ŏ.
Π, π, ϖ. p.	Ρ, ρ, ῥ. r.	Σ. ς, σ, ϛ. s.
Τ, τ, ⊺. t.	Υ, υ. y.	Φ, φ. ph.
Χ, χ. ch.	Ψ, ψ. pſ.	Ω, ω. ō.

Unica *majorem*, diversa figura *minorem*
Exprimit: Ultima ς concludit litera vocem.

Prima elementa, manu formata vel ore, putantur *Consona* bis septem numero; *Vocalia* quinque.
H, spiramen; K, peregrinum; Græcula, Z, Y.
Consona Græca decenseptim, vocalia septem.

Lite-

Literulis tribuunt Chaldæi nomina Græcis:

Ἄλφα, βῆτα, γάμμα, δέλτα, ἒ ψιλὸν,
ζῆτα, ἦτα, θῆτα, ἰῶτα, κάππα,
λάμβδα, μῦ, νῦ, ξῖ, ὂ μικρὸν,
πῖ, ῥῶ, σῖγμα, ταῦ, ὗ ψιλὸν,
φῖ, χῖ, ψῖ, ὦ μέγα.

Primus Agenorides elementa bis octo Pelasgis
Intulit; è patriâ Phœnicum gente profectus.
A. B. Γ. Δ. E. I. K. Λ. M. N. O. Π. P. Σ. T. Υ.
Bis duo Naupliades; tot cura Simonidis auxit.
Ξ. Θ. Φ. X. H. Ω. Z. Ψ.

Græci iterum tranſdunt ſua initia prima Latinis:
Author & Evander fuit, & Carmenta prophetis.
Maxima pars ſe prodit Hebræâ ab origine natam:
Singula ſed proprias ſibi quaſdam Natio cudit.
Ordo novus penè omni in Gente, aliúſque *character*:
Nec numero ſunt æquo elementa; nec una *poteſtas*.

Initio, *I* cum vocali fit conſona; ſic *U*. jus. vis.
C, vel *G*, præiens *e*, vel *i*, ſe leniùs effert. cera, cibus. gena, gigno.
Sic *-ti* etiam, vocali prævia, liquitur ut *-ſi*. titio.
U ſervit poſt *q*, *g*, *s*; *queo*, *langueo*, *ſueſco*.

Græca ſonum, niſi Γ, *ſibi conſtans litera ſervat.*
At Γ [ſi ſequitur Γ, K, Ξ, X,] ſonat ut N.
Vocalis longa *eſt*, H, Ω; brevis *eſt* E, *&* O: *longæ* [Ω]
Analoga eſt O; *ſed analoga eſt duplex* A *&* E, *longæ* [H]:
Mutua quas in ſe mutat variatio vocum.
Ancipites A, *&* I *ſunt*, *&* Υ; *notæ ex carminis uſu.*
Præpoſitiva *trias duadem anteit* Subjunctivam.

α, ε, ο. ι, υ.

Porrò

Porrò noncupla Muta eſt: Septupla Semiſonora eſt
b,c,d,f,g,k,p,q,t. β,γ,δ,θ,κ,π,τ,φ,χ.
Conſona, in ore Latino; ſed bis quadrupla Græco.
l,m,n,r,s,x,z. λ,μ,ν,ρ,σ,ζ,ξ,ψ.

Litera ter triplex in ſe triplici ordine tranſit:
Tres *tenues* ſunt, tres *mediæ*, tres *aſperæ*: & omnes
c,p,t. κ,π,τ. b,g,d. β,γ,δ. f,k,q. φ,χ,θ.
Organa producunt tria: Κ, Γ, Χq; *palatum*:
Π, Β, Φq; *labra*: & Τ, Δ, Θ motio *linguæ*:
Has in ſe cognatio transfert ἀντιστοίχους.

L vel *r liquida* eſt; *x* vel *z dupla* Latinis:
Et Μ, Νq; liqueſcunt Græcis; Ψq; duplatur.
Σ *proprii juris* flexu eſt, uſuque Poetis.

Litera, ſi præeat vocalis, *pura* vocatur;
Ceu reus: *impura* eſt, præeat ſi conſona; ceu rus.

Litera *radicalis* ineſt ab origine vocis;
Qualiter *As*: flexu *ſervilis* adhæret; ut As-*ſis*.

Carminis & ſermonis initia, vocis & omnis
Emphaticæ, & Propriæ, inſignit *Majuſcula Prima*.

Nominis una ſolet Proprii vice *Litera* fungi;
A, velut Aulus. C, Caius. Res-publica, R P.
Sic Proprii *dupla* Litera Nominis; & *tripla*, ſignum eſt:
C N, Cneius. Mam, Mamercus. Coſ, denique, Conſul.

Diphthongus, ſonus eſt vocali ex duplice miſtus:
Trinæ ſunt *Propriæ*; binæ *Impropriæque* notantur.
Ætas, *aio*, *aurum*, *muſêum*, *inobêdio*, *cuiquam*.
æ. ai. au. ê *pro* ei. ê *pro* au. ui.

Ore plateaſmus Græcorum protulit amplo
Sex proprias; *referente ſonum diſcrimine clarum*.
αυ, αϝ. ει, ϵυ. οι, ϒ.
Sex etiam improprias; *facili non ore ſonandas*.
Tres, *ut Litera ſimplex*; *tres*, *ut Litera duplex*.
ᾳ, ῃ, ῳ. ηυ, ωυ, υ.

Proſ-

PROSODIA.

Qualis *Syllaba* ſit; quæ Conſectaria *puncta*:
Quid *Pes*; quid *Carmen*, quotuplex *que*; *Proſodia* monſtrat.

Syllabæ.

Syllaba, vocalis ſola eſt; vel conſona juncta a, ab.
Vocali; vix plùs Sex-litera. Pars, cavè, membri ſtirps.
Syllabici temerè à reliquis avulſa recedat.

Litera ſi *vocalem*; vel *ſe* ſiqua ſequatur
Conſona; vel, niſi s, diverſam poſtera *muta*;
Syllabicum initium eſt: Compoſtum nec loca mutat;
Qualiter hæc; do-ce-o, cur-ro, can-to, com-es, au-ſpex.
Literulæ in medio, velut in primo ordine, cæptant;
Ut ra-ſtrum: aut duplex à ſimplice ſi fit; ut a-ctor.

Punctula promendæ ſex auxiliaria vocis;
Spiritus, Accentus, cum Tempore, Apoſtrophus, Hyphen,
Dialyſis: quibus additur Hypodiaſtole Græca.

Spiritus.

H, tantùm vocis ſignum *ſpirale* Latinis:

Litera priſca eadem fuit H majuſcula Græcis.
Nunc nota ſpirandi primis vocalibus inſtat,
Picta ſuper Græcis, Cornutæ imitamine Lunæ.
Aſper ſpiritus eſt dextrum [῾], *Leniſque ſiniſtrum* [᾽]
Cornu. Vox ferè ab initio lenem induit omnis.
At regit initiales P *vel* Υ, *ſpiritus aſper:*
Cum duo P *coeunt; lenis prior, aſper & alter.*
Si tenuem vocali orbam aſpirata ſequatur,
Aſpera fit: φ, χ, *binæ ſimul aſpirantur.*
Flexu ſi perit aſpera, porrò mota retrove,
Literam utrobivis lenem aſpiratio mutat.
Syllaba vix coit aſpera bina in ſimplice voce.

Vocibus, aſpera ſi præeat nota, Græco-latinis,
Crebrò mutari ſolet in *s*, *h*; rariùs in *v*. ſuper, hora, veſper.

Tempus.

Syllabici eſt in voce ſoni duratio, Tempus.
Linea curva, brevis (◡); longi nota, recta recumbens (–)

Rara brevi ſurſum curvæ par longa deorſum. (⌒)

Syllabæ breves.

Syllaba quæque brevis (ſi non vetet uſus) habetur.

Syllabæ longæ:

Diphthongus, vel vocalis, quam conſona bina, væ, pollex.
Vel duplex ſequitur; dupla vel vocalis in unâ. manûs.
Unica longa breves exæquat Syllaba binas.

Pes, Verſûs menſura: Dupla eſt, vel Syllaba tripla.
Longa duplex eſt pes *Spondæus*; longa ſed una
Ante breves geminas, pes *Dactylus*. Hi duo *Carmen*,
Si ſeni, *longum*; ſi quini ſunt, *breve* pangunt.

Hexametri quater initio pes ſervit utervis;
Dactylus in quinto, Spondæus in ordine ſexto:
Sex-decuplâ vice ſe variat prior ordo quaternus.

Signa pedum, tituloſque metrorum ſtigmata monſtrant.
– –. – ◡◡. – –. – ◡◡. – ◡◡. – –.
vel – ◡◡. – –. &c.

Pentametri ſunt membra duo; primóque locatur
Pes utriuſve duplex menſuræ, & Syllaba longa;
Dactylus inde duplex, & Syllaba longa breviſve.
– –. – ◡◡. – . – ◡◡. – ◡◡. – .
vel – ◡◡. – –. &c.

Hexametrum vox [cui dupla, vel tripla Syllaba] claudit;
[Cui dupla] Pentametrum: Vati lex danda puſillo.

Vocis, quæ præit, ultima, ſi ſit facta ſequentis
Prima pedis medii, Hexametri ordo erit inde canorus.
Senſum Pentametro finit diſtinctile punctum.

Porrò

Porrò dedit duplicis duplex pes carminis uſum ;
Pes *brachymacros*, *Iambum* ; *macrobrachyſque*, *Trochæum*;
A proprio *purum* pede ; ſed *mixtum* à pede *mixto* :
Neutri horum ſocius miſcetur, uterque priorum,
Hinc Spondæus Iambo, & Dactylus inde Trochæo.
Pes ſuus uſque & Iambum finit : & uſque Trochæum.
Unus pes facit Herôum, metra cætera binus.

Trimetrum purum.

Iamb. ⏑ –. ⏑ –. ⏑ –. ⏑ –. ⏑ –. ⏑ –.
Troch. – ⏑. – ⏑. – ⏑. – ⏑. – ⏑. – ⏑.

Alterutrum eſt, ſi prima fit ultima Syllaba, carmen.

Trimetrum mixtum.

Pes ſervit, ſi par menſura, loco unius alter.
Spondæi ſi *prima*, brevis dupla, Syllaba fiat,
Pes *Anapæſtus* erit : ſi *longa* Trochæi, & Iambi,
Pes Tribrachys : quorum uſus utroq; in carmine mixto.

Schema pedes tantùm analogos ſuo in ordine ponit.

	– –.		– –.		– –.	⏑ –.		
Iamb.	⏑ ⏑ –.	⏑ ⏑ ⏑.	⏑ ⏑ –.	⏑ ⏑ ⏑.	⏑ ⏑ –.	⏑ –.		
*	– ⏑ ⏑.	*	– ⏑ ⏑.			⏑ –.		*rariùs.
Troch.	– ⏑ ⏑.	– –.	⏑ ⏑ ⏑.	– –.	⏑ ⏑ ⏑.	– ⏑.		
	⏑ ⏑ ⏑.	– ⏑ ⏑.		– ⏑ ⏑.		– ⏑.		

Spondaïcum Hexametrum eſt; cui quintus pes Spondæus.
– ⏑ ⏑. – –. fiunt – –. – –.

Pentametrum *Aſclepiadium* eſt, cui finis ademptus.
– –. – ⏑ ⏑. –. – ⏑ ⏑. – ⏑ ⏑.

Fit *Scazon*, ſi Spondæo prior exit Iambus.
– –. ⏑ –. fiunt ⏑ –, – –.

Sappho

Sappho & *Phalæcus* pedibus cecinere Trochæis,
Ex ſuâ uterque incude, ſuo & de nomine, carmen:
Quinque pedes, undena aut Syllaba condit utrumvis;
Tranſpoſitis primo pede poſtremoque, *bi-unum*.

Sapph. –⏑. ––. –⏑⏑. –⏑. –⏑.
Phal. ––. –⏑⏑. –⏑. –⏑. –⏑.

Poſt tria Sapphica, vult bene Adonicum inire Trochæum.
–⏑⏑. –⏑.

Carmen, ſi fini quid abundet, *Hypercatalectum* eſt:
Si deſit, *Catalectum*: ſi neutrum, *Acatalectum* eſt.

Quinque ſolent Angli ex pedibus componere verſum:
Pes regi ab accentu potiùs quàm tempore gaudet;
Concinnè metrum rhythmo claudente ſupremum.

Accentus.

Accentus proba ſyllabici eſt *modulaminis* index:
Vocis membra *Gravis* premit *Ultima*: tollit *Acutus* doctè
Tertia retro à fine, *ſecunda*, vel *ultima* membra.
diéſpiter. benefácis. benefít.
Altera *dextra* Sagittula [`] decidit, altera læva [']. manûs, diêrum.
Ultima *Circumflexus*, vel Penultima ſignat
Tantùm longa: ſonomedio, junctiſq; figuris [^]
Juncta ſimul, veluti [~] *dupla Temporis, eſt nota Græcis.*
Cuſpis *enim nota priſca* [^]; recline *eſt* Sigma, *moderna* [~].

Prima tono afficitur cujuſvis ſyllaba vocis:
Quæque ſed afficitur penultima longa Latino.
Oxytona eſt cui fine gravis *vel* acutus *adhæret*;
Nullum paſſa tonum ſub fine, barytona *vox eſt.*
Solùm à fine vocatur dictio circumflexa;
Sin mediam nota poſſidet, ante-*eſt*-circumflexa.

Apoſtrophus.

Index eliſæ vocalis, rariùs hæret ['] 'ſt. 'ſi.
Principio vocis; bene *fini*; ut comma ſupernum:
Et monet è brevibus ſenis abradier unam. men' νύχθ'
ε, ο, α, ι, αι, οι.

Hyphen.

Hyphen.

Voces interjecta duas nota copulat Hyphen. [-]

Dialyſis.

Dialyſis, *punctis* in vertice ſcripta *duobus*,
Vocalem à ſociâ reſolutam *ï ſeparat*, aut *ü*.
auraï, süavis.

Hypodiaſtole.

Comma velut medium unius, *Hypodiaſtole*, *vocis*. ᾽, *quod*.

Sunt etiam interſtincta *quietis* ſtigmata; nempe
Octonus claudit ſermonis membra character.
Comma parum[,]plus *ſemi*-que-*colon*[;]plus quoq; *Colon*[:]
Plus & *Periodus* [.]Cum puncto curva, *Rogandi*
Signum eſt [;] *Mirandi*, cum puncto linea recta [!]
Paratheſis duo ſemiquadrata [ ]; *Parentheſis* ambo
Curva ſibi opponit latera ( ); haud referentia textum.

Puncta eadem Græcis, præter duo; ſtigma Rogandi eſt Colon dimidium [;] *vice cujus, ſtigma ſupernum* (·).

Literulas *tabula exponit*, brevitate ligatas;
Ne Tyronem aliud *quaſi terreat* Alphabetum.

ETY-

ETYMOLOGIA.

Facta ex literulis quotuplex ſit Dictio; quot ſint
Caſus, & Numeri,& Genera,& quot Tempora; quotque
Perſonæ; quot ſintque Modi; *Etymologia* dicit.

Dictiones.

Plures conſtituunt, aut unica ſyllaba VOCEM.
Octo ſunt *Voces*, generalia Symbola rerum:
Articulus, *Nomen* quoque cum *Pronomine*, *Verbum*
Cum *Participio*: quinque hæc variantia finem.
Adverbium, *Præpoſitio*, *Conjunctio*, flecti
Neſcia; *Particulæ* Sermonis, non ità *Partes*.

Accidentia Dictionum.

Species & Figura Vocum.

Vox *Speciem* duplicem omnis habet; triplicemq; *Figuram*;
Illa eſt vocis Origo; ſed hæc eſt Fabrica vocis.
Vox *Primæva* [Volo;] vox *Derivata* [Voluntas].

Grammaticæ partes ferè *Derivata* per omnes,
Obſervat *Primævæ* uſum, Acci-*que*-dentia Vocis.

Do vox eſt *Simplex*; *Condo*, *Compoſita*; *Recondo*
Vox *Decompoſita* eſt: quam duplex ſola Latinis
Conſtituit Præpoſitio. *Sed multipla Graius*
Nomina plurimi-compoſitum coacervat in unum.

Analogia & Anomalia vocum.

Omnis vox inflexilis, eſt vel *Analoga*, normæ
Conſona; vox vel *Anomala*, normæ diſſona: porrò hæc
Heteroſtoicha eſt, ſi voci ſua litera differt:
Sin genus, aut numerus, caſuſve; *Heteroclita* dicta eſt.

Vox

Vox quoque *Contracta* eſt, cui bina ligatur in unam
Syllaba; perque *Synæreſin* id fit, vel *Craſin*; illa
Servat & *unit* Vocales; hæc *mutat* & *unit*:
Ut *cuï, cui*; *manuiſque manûs*: Linguaſque per ambas,
Finis contractus pluſquàm incontractus in uſu eſt.
Per craſin unitâ tolli de voce recuſat
Spiritus; *haud rarò duplus*: *imò lenis & aſper.*
Spiritui comes accentus medianus adhæret.
Vox omni in caſu, proque omni, *Technica* ſervit.
Barbara vox, nec Græco exit nec fine Latino.
Bis *dupla* vocalis, bis *quadrupla* Conſona, rectis
a, e, o, u. c, l, m, n, r, s, t, x.
Ultima flexilibus Romanæ litera Linguæ:
Quintupla ſed Vocalis, quintupla Conſona Græcæ.
α, η, ι, υ, ω. ν, ϱ, σ, ξ, ψ.

Declinatio.

Flexilibus, *Caſus*, *Numerus*, *Perſona*, *Genuſque*
Conveniunt; & ab his fit *Declinatio* membris.

Caſus.

Caſus ſex: *Rectus*, Vocis primus ſtatus; omnes
Obliqui, reliqui. Titulos ſex *Verba* dederunt;
Nominat, & *Gignit*, *Dat*, & *Accuſat*, *Vocat*, *Aufert*.

Numerus.

Sex caſus repetunt Numeri duo; *Singulus* unam
Rem ſignat; plures, *Pluralis*: quando duorum
Mentio fit, numero uſus in his [*duo* & *ambo*] *Duali* eſt;
Dictio ſic Græcis inflexa Dualiter omnis.

Perſonæ.

Perſonæ tres; *Prima* loqui Perſona *Secundæ*
Dicitur; & de quâ fit ſermo, *Tertia* habetur.

Genus.

Accedit propriè voci Genus, ut nota *Sexûs*.

ARTI-

ARTICULUS.

Articulus vocum eſt *nexus*: *Demonſtrat* & alter
Nomen quod ſequitur; quod & anteit, *Reſpicit alter*.
[*Hic*] nota *Præpoſitiva*; & [*Qui*] nota *Subjunctiva* eſt.

Græcis ſunt [ὁ] *&* [ὅς]: *egregio prior & venit uſu.*
Spiritus Articulos utroſque ſupernotat aſper.

Declinatio Articuli.

		N.	G.	D.	Ac.	Ab.		N.	G.	D.	Ac.	Ab.
S.	M.	*Hic*	*hujus*	*huic*	*hunc*	*hôc*	P.	*hi*	*horum*	*his*	*hos*	*his.*
	F.	*hæc*			*hanc*	*hac*		*hæ*	*harum*		*has*	
	N.	*hoc*			*hoc*	*hôc*		*hæc*	*horum*		*hæc*	
S.	M.	*Qui*	*cujus*	*cui*	*quem*	*quo*	P.	*qui*	*quorum*	*quibus, queis*	*quos*	*quibus, queis.*
	F.	*quæ*			*quam*	*quâ*		*quæ*	*quarum*		*quas*	
	N.	*quod*			*quod*	*quo*		*quæ*	*quorum*		*quæ*	

Vult Nomen [*Quis*] utì [Qui] flecti: at bis duo [*ſi-, ne-, Ecce-, alius-*] *neutra* & ferè *fœminea*, *-æ* per *-a* vertunt.

Siquis ſiqua, Nequis -a; Ecquis -a; Aliquis -a.

		N.	G.	D,Ab.	Ac.		N.Ac.	G.D.Ab.		N.	G.	D,Ab.	A.C.
S.	M.	ὁ	τοῦ	τῷ	τόν	D.	τώ	τοῖν	P.	οἱ	τῶν	τοῖς	τούς
	F.	ἡ	τῆς	τῇ	τήν		τά	ταῖν		αἱ		ταῖς	τάς
	N.	τὸ	τοῦ	τῷ	τό		τώ	τοῖν		τά		τοῖς	τά
S.	M.	ὅς	οὗ	ᾧ	ὅν	D.	ὥ	οἷν	P.	οἵ	ὧν	οἷς	ὅς
	F.	ἥ	ἧς	ᾗ	ἥν		ἄ	αἷν		αἵ		αἷς	ἅς
	N.	ὅ	οὗ	ᾧ	ὅ		ὥ	οἷν		ἅ		οἷς	ἅ.

Compoſitum ὅστις, *crebrum uſu; flexumque deinceps.*

Nomen.

NOMEN.

Nomen ſignum *Entis*; ſeu ſit *Res*, ſeu ſit *Idæa*.
Duplex eſt: *Subſtantivum*; intellectile *per ſe*,
Vique ſuâ ſtabile eſt: quo nititur *Adjectivum*,
Quod, nec ſtare poteſt, nec ſignificare, remotum.
Nomen utrumque *Appellativum* eſt; dicier aptum
De multis: *Proprium* de ſolo dicier uno;
Quod ſua conditio junctim ſeptena coercet,
Forma, figura, locus, ſtirps, nomen, patria, tempus.
Propria Romanis *tria*; Græcis ponitur *unum*.
Prænomen ſuus eſt Perſonæ cuique character;
Familiæ, *Cognomen*; Gentis *Nomen* avitum eſt.
At * Gentilitium medium *tribus* inſerit uſus.
Ut Caius * Julius Cæſar. Marcus * Tullius Cicero.

Genera Nominum.

1°. A ſignificatu.

Nomina, Mas quibus innuitur, vel Fæmina, ſexu
A ſimili Genus accipiunt conforme. Quaternum eſt:
Maſculeum Genus; ut Numa: *Famineum*; ut Cleopatra:
Vel *Commune duorum*; ut homo; ceu fæmina, ceu mas:
Cui genus, ut proprii ſexûs ſit mentio, certum eſt.
Sic vates, civis, pugil, incola, fur; canis, ales.
Neutrum eſt; quo nec mas, nec fæmina dicitur; ut ſel.
At placuit Vocum Authori promiſcua rebus
Addere defectis omni, genera omnia, ſexu.

2°. A Terminatione.

Vocum à fine Genus ſua *Declinatio* monſtrat.
Subſtantiva unum Genus, aut Commune duorum
Admittunt; commune trium Genus, Adjectiva.

De-

Declinatio Subſtantivorum.

Flectendi Subſtantivi data *quintupla* forma eſt:
Duplex eſt *Pariſyllaba*; & *Impariſyllaba*, triplex:
Incontracta etiam, triplex; *Contractaque*, duplex.

Diſtinctio Declinationum.

Æ dat *Prima*; *Secunda* dat *-i*; ſibi *Tertia* vult *-is*;
Quarta dat *-ûs*; dat *-eï*, Genitivo, flexio *Quinta*.
Ου,-ης *Prima*; *Secunda etiam -υ*; *dare Tertia vult -ος*;
Quarta -υς aut -ο̃ς; [*in genitivo*] *-ε̃ος Ultima forma*.
Parturit has ambas contractæ Tertia formæ.

Genera Nominum Per quinque Declinationes.

Vox in *-a Fœminea* eſt Primæ. Vox *Maſcula* bina
Eſt vel in *-us* vel *-r*; ſed in *-um* vox *Neutra* Secundæ.
Maſcula in -ας, ης; *Fœminea -η vel -α, nomina Primæ*.
Omnia in -ος ſunt Maſcula; *in -ον ſunt Neutra* Secundæ.
Tertiæ ut omne Genus; ſic omnes ſunt ferè Fines.

Fines.

Conſona, ſeptemplex; Vocalis Litera triplex:
La-c, me-l, re-n, co-r, pe-s, capu-t, ar-x: mar-e, ſerm-o, poem-a.
Vocalis triplex, & Conſona quintupla Græcis.
Μὴ-ν, ἀσπὶ-ς, ἥρω-ς, νὺ-ξ, φλὲ-ψ; μέλ-ι, πάπ-υ, πόλε-ως.

Genera.

Maſcula ſunt *-er, -or, -os, -o*. *Fœminea*; *-as, -is*, & *-aus, -es*,
X, *S* & *impurum*, *polyſyllabon* in *-do*, vel in *-go*;
Sic *verbale -io*. *Neutra*; *-en, -ar, -ur, -t, -c, -us, -e, -l, -ma*.

Decli-

Maſculea; -ων, -ιων, -ων, -ων, -ηρ, -ωρ, -ξ, ſimul -ης, -υς, -ις, -ως; -ας; -ψ. Fæminea; -ειρ, -ιν, -τις, -ις, -υς, -ηδων, Sic -ὰς, -άδ. Sunt Neutra; -ας, -ας; Vocalis; -αρ, aut -ορ.

Maſcula in -us; Neutralia in -u ſunt Nomina *quartæ*:
Sic & in -υς *Græcæ ſunt* Maſcula *nomina formæ*:
Fæmineum -ὼ *tantùm numero contractile primo eſt*;
Per numeros reliquos variabile more ſecundæ.

Fæmineum -es nomen *quintæ* contractile *formæ*:
Maſcula *ſunt ſed in* -ης, -εὺς, -υς *quintæ omnia Græcæ*:
Fæmineum *exit in* -ις: Neutrum -ος; *ſed I rariùs uſu eſt,*
Sic Υ. *Quibus, purum* -ος *Genitivo flectitur omni.*

Character Generum Uniformis.

Regula quàm prompta eſt generum, *ultima Syllaba vocum,*
Senſibus expoſita; ignaríſque facillima captu!

Character Generum Vulgaris
Penultima Syllaba Genitivi Creſcentis.

At quæ *Syllaba acuta ſonat*, vel quæ *gravis*; *hæc* ut
Maſculei generis, vel Fæminei *illa* ſit index;
Nec pueri labor efficiet, nec cura magiſtri:
Prævia Grammaticæ niſi Muſica, juncta Poeſi,
Longa per ambages ducat compendia Linguæ.

Fines & Genera Græco-Latinorum,
Per quatuor Declinationes Latinas.

Græco-Latina genus ſuæ originis omnia ſervant:
Pauca novum genus accipiunt, ut *charta domuſque.*
Maſcula in -*as* aut -*es*; ſed in -*e* muliebria; *Primæ*:
Maſcula item vel ab -*as* vel ab -*es*, per -*a* verſa Latinis.
Maſcula in -*eus*, -*es*, -*os* forma, -*on* ſunt neutra, *ſecundæ.*
Solvitur* -*eus* in -*eüs*, genitivus Analogus ut ſit: *Orpheus.
-*Es* & ab -*eus* per -*eï* variatur; *Ulyſſeï*, *Ulyſſes*:
Forma, Latino & Græco Schemate mixta, Poetis.
Maſcula in -*an*, -*en*, -*in*, -*on*, -*es*, -*ûs*; paucula in -*as*, -*is*, *Tertiæ.* In -o formæ muliebria ſingula *Quartæ.*

Contractio Casuum

In quartâ & quintâ Declinatione.

Ex *-üis, -ûs; -eïs, -ês*; contractos Tertia fines
Protulit; & formas flectendi nominis auxit.

4tâ. Contrahit [*u*]crasis omni in casu; deme Dativos:
Bis dempto [*u*], casus per *-ibus* pluraliter exit:
Quædam in *-ubus*,[dempto *i*] propter discrimina vocum.

Arcus, artus, partus, &c. *-ubus.* quia arx, ars, pars, &c. *-ibus.*
Sic quercus, lacus, veru, &c.

-Us & in**-i* casu Veteres vertêre secundo. *ornati, tumulti. Ter.
Vox **anuïs* legitur, sed *anûs* contracta probatur.

*Ter. domuïs Varro. metû pro metui Virg. vestitû Ter.

5tâ. *S*, fine ut prisco demptum est; ità fine moderno.
Communi incontractus [*-eï*] genitivus in usu est:
Sed contracta *diês* forma est, contracta *diêque*.
Cicero, Virg. Cæsar, Sal. Hor.
Omnis contrahitur ferè casus; carmine saltem.

Quarta *per -υς, tres plurales Inflexio casus*
Græca plicat: totidem in numero sed utroque Latina.
Quinta *& ab -ης & ab -ῳ ferè casus contrahit omnes.*

Forma Contrahendi.

Ex -εῳ, aut -οῳ, -ῶς: -εα, -εε, -η: -εις aut -εας, -εις: -ει
Ex -εï: & -οῖ ab -οï: -ώ, -όα: bis tripla trusio vocum.
Cætera nomina, in -ει, primo contracta Dativo,
Tres numero casus ità amant formare supremo.
Ω, vel Diphthongus, vocalem, si brevis anteit,
Extinguit: sed I sic Υ brevem aufert, siqua sequatur:
Y Græcum per & y vult reddi Græco-Latinum.

Regulæ Casuum.

Neutra, duos recto similes inflectere casus
Per numerum omnem; & plurales in *-a* claudere, malunt.

Casus

Caſus Singulares.

Genitivus.

Perdit [*e*] *muta* prior: *Socer* excipe, *Liber*, *adulter*.

A purum, aut poſt P *manet; aut ex duplice ſimplex.*
Formam [familiâs] prope Græcam imitata Latina eſt.
-Ηρ, -ερ῀, amittit ſuum E: Δ *loco* E *mutuat ἀνήρ.*
Bina πατὴρ, μήτηρ, non ultra truſa dativum:
Vóxque κύων amittit [o]; *ſi κύον excipis unum.*

Dativus.

Subjicitur primo, *ſi deſit, ἰῶτα* Dativo.
Paſſim ι ſub his ᾳ, ῃ, ῳ, ſi detruditur, hæret.
Ponitur ad latus [ι], *quando Majuſcula præfit.*

Accuſativus.

Flumina in *-is*, nec quarto [*-i*] nec variantia Sexto:
Hæc neque quinque ſitis, ravis, vis, tuſſis, amuſſis.

-Ις vel -υς, impurè *ſi flexile*, N *vel* A *caſu*
Quarto *habet*; *at* N *ſolum, ſi ſit flexile* purè.

Vocativus

Cum *recto* eſt idem. Ex *-us* & *-os* dat *-e* forma ſecunda.
Propria vox in *-ius* deponit *-us* ordine quinto;
Sic vox *filius*. Una *deus* vox, ὦ *deus*, effert.

Corripiunt Græci longam, aut -ς fine recîdunt.
Vox in -της primæ fit -τα; vox Gentis in -ης, -α.
Vox ità in -ης, nata ex μετρέω, πωλῶque, τρίβωque;
Aut in -πης; vult -α: -σης vult -ση mittere, vel -σα.
Flexilis in -ν῀ vox, quinto perdere vult -τ῀:
-As, -αν῀; -ἰων, -εν῀; -ων, -ον῀; -ωρ, -ρος; -ηρ, -ερ῀; -ος. Sed
Flectit ab -ὴρ, -ῆρ῀ σωτὴρ vox unica, σῶτερ.

Vox nec acuta -ς, ex -ὶς quinto amittere; nec -ν
Quarto flectere, vult: tonus, -ὺς ſic flectere, nec vult:
Ω χλαμὺς ut Subſtantivum, ὀξὺ ſed Adjectivum.

Nomen in -ης aut -ως; ſic πᾶς -s ſervat, ἅδόsque.
Nomen in -ις -εντ῀ quintum bis finit in -ει, -εν.

Ablativus.

Sextus cum *dandi* caſu velut unus, ubivis
Negligitur Græcis, caſuſque Latinus habetur.
Sola enim in -o caſus facit ambos forma *ſecunda*;
Sed reliquæ variant: pluraliter ambo, bi-unus.
Neutra -*al*, -*ar*, aut -*e* volunt -*i* ſexto; ità multa *ſecundo*
Caſu non creſcentia, in -*im* & finalia quarto:
Communi, jubar & far, ſunt ſed analoga, flexu.

Caſus Plurales.

Genitivus.

Sextus in -*i*, *neutris* -*ia*, -*ium* pluraliter edit.
Impurum -*x* vel -*s*; vel pariſyllabon, -*es*, -*is*;
Flectit -*ium*; ut mer**x**, mons, nubes, piſcis; ſimul as, bes,
Vas vadis, os, glis, lis, vis, cor, nix, no**x**, caro, mus; plus.

Excipe in -*um* compoſta per -*ebs*, -*eps*, -*ops*, -*fex*, & -*ſpex*:
Sic quoque hyems, vates, juvenis, paníſque, canísque.

Dativus.

Tertius è primo fit; -*i* nempe in -*ibus*, -σιq; tranſit.

Ex -ξ & -ψ, *pluralis* -ξι *fit* & -ψι *Dativus.*
Ante -σι *Diphthongus ſtat.* Δ, Θ, Τ *perit*, & Ν.
Primus in -εντι *vel* -ονλ, *fit* -εισι *vel* -ϑσι *Dativus*
Tertius: *ancipites tenduntur*; *ut* -ασι *vel* -υσι.
Syncope pro detrito [ε] *reponit* [α]; *ut* ἀνδράσιν, ἀνδρί.
Γαστὴρ γαστρὶ *parit mirum* γαστῆρσι *Dativum.*
Anteeat ſi vocalem -σι, *capeſſere gaudet*
Ν *ſibi* ἐφελκυστικὸν: ἔικοσι -ν caſu attrahit omni.

Decli-

Declinationes Subſtantivorum.

Satrapas, Cometes, Σατράπας, Κομήτης,
Epitome, Muſa. Ἐπιτομὴ, Μῶσα.

Decl.		N.	G.	D.	Ac.	V.	Ab.		N.	G.	DA.	Ac.	V.
1ma.		as			am	a	â		ας		α	αν	
			æ	æ						ϛ			α
		es			em	e, a	e, â		ης				
	S.	e	es	e	en	e	e	S.	η		η	ω	η
		ι	æ	æ	am	a	â		α	ης		αν	α
	P.	æ	arum	is	as	æ	is	P.	αι	ων	αις	ας	αι

Dual. NAV. α. GD. αιν.

Dominus, Sceptrum, Orpheus, Ulyſſes. Κύριος, Σκῆπτρον.

Decl.		N.	G.	D.	Ac.	V.	Ab.		N.	G.	DA.	Ac.	V.
2da.		us				e			ος				ε
	S.		i	o	um		o	S.		ϛ	ω	ον	
		um				um			ον				ον
		i			os	i			οι			ους	αι
	P.		orum	is			is	P.		ων	οις		
		a			a	a			α			α	α
	S.	eus	eï, eos	eo, eï	eum, ea	eu	eo						
		es	*eï † î	i. &c									

Dual. NAV. ω. GD. οιν.

* Horat. Epod. 16. † Virg. Æn. lib. 2.

Heros, Corpus, Nubes, Rete, Phillis. Ἥρως, Σῶμα, Λέων.

Decl.	N.	G.	D.	Ac.	V.	Ab.		N.	G.	DA.	Ac.	V.
3ia.	*o-s*	*is*	*i*	*em*	*s*	*e*		ω-ς	ος	ι	α	ς
	us	*oris*	*ori*	*us*	*us*	*ore*	S	α	τος	τι	α	α
S	*es*			*em*	*es*	*e*		ων	οντος	οντι	οντα	ον
		is	*i*									
	e			*e*	*e*	*i*						
	es	*um*	*ibus*	*es*	*es*	*ibus*		ες	ων		ας	ες
	ora	*orum*	*oribus*	*ora*	*ora*	*orib.*	P	τα	των	σι	τα	τα
P	*es*			*es*	*es*			οντες	όντων	ουσι	οντας	οντες
		ium	*ibus*			*ibus*						
	ia			*ia*	*ia*							
S	*i-s*	*dis, dos*	*di*	*dem, da*	*i*	*de*						

Dual. NAV. ε, τε, οντε. GD. οιν, τοιν, όντοιν.

Forma Incontracta quartæ & quintæ Declinationum.

Casus, Res. Βότρυς, Σωκράτης.

Decl.		N.	G.	D.	Ac.	V.	Ab.		N.	G.	DA.	Ac.	V.
4ta	S.	*us*	*üis*	*üi*	*uem*	*us*	*ue*	S.	υς	υος	υϊ	υω	υ
5ta		*es*	*eïs*	*eï*	*eem*	*es*	*ee*		ης	εος	εϊ	εα	ες
	P.	*ues*	*uum*	*uïbus*	*ues*	*ues*	*uïbus*	P.	υες	ύων	υσι	υας	υες
		ees	*eerum*	*eïbus*	*ees*	*ees*	*eïbus*		εες	έων	εσι	εας	εες

Dual. NAV. υε, εε. GD. ύοιν, έοιν.

For-

Forma Contracta

Caſus, Cornu, Sappho. Βότρυς, Λεχώ.

Decl.		NV.	G.	D.	Ac.	Ab.			N.	G.	DAb.	Ae.	V.
4ta.	S.	us		ui	um	u		S.	υς	υος	υι	ω	υ
		u	ûs		u	u							
		o		ô	ô	ô			ὼ	ῦς	οῖ	ὼ	οῖ
	P.	us			us			P.	υς	ύων	υσι	υς	υς
			uum	ibus		ibus							
		ua			ua				οὶ	ῶν	οῖς	ὺς	οἱ

Dual. NAV. υε, ὼ. GD. ύοιν, οῖν.

Res. Σωκράτης, τεῖχος.

Decl.		NV.	G.	D.	Ac.	Ab.			N.	G.	DAb.	Ac.	V.
5ta.	S.	es	ei	ei	em	e		S.	ης			η	ες
										ους	ει		
									ους			ους	ους
	P.	es	erum	ebus	es	ebus		P.	εις			εις	εις
										ῶν	εσι		
									η			η	η

Dual. NAV. η. GD. οῖν.

Βασιλεὺς, Ἄρυ, Τέρψις, Σίνηπι.

		N.	G.	DAb.	Ac.	V.			NAV.	G.	DAb.
		εύς			έα	εῦ			ῆς		εῦσι
			εος							έων	
		υ			υ	υ			η		
	S.			ει				P.			
		ις			ιν				εις		εσι
			εως			ι				εων	
		ι			ι				ι		

Dual. NAV. εε. GD. έοιν, εῶν.

Declinationum in utrâq; linguâ Uniforme Laterculum.

Schema docet fines conformes Græco-Latinum
Per genitivum omnem; inde omnes ferè flexile casus.

Genitivus 1æ. 2æ. 3æ. 4æ. 5æ.
Lat. Finis in -æ; vel in -i; vel in -is; vel -üis; vel -eïs: sic
Græc. Finis in -ης; vel in -ϑ; vel in -ος; vel -υος; vel -εος fit.

Decl.		N.	G.	D.	Ac.	V.	Ab.			N.	G.	DAb.	Ac.	V.
1.		a	æ	æ	am	a	â			α	ης	η	αν	α
2.		us	i	o	um	e	o			ος	ϑ	ω	ον	ε
3.	S.	..	is	i	em	..	e		S.	..	ος	ι	α	..
4.		us	ûs	uï	um	us	û			υς	υος	υϊ	ω	υ
5.		es	eï	eï	em	es	e			ης	ϑς	ει	η	ες
1.		æ	arum	is	as	æ	is			αι	ῶν	αις	ας	αι
2.		i	orum	is	os	i	is			οι	ων	οις	ϑς	οι
3.	P.	es	um	ibus	es	es	ibus		P.	ες	ων	σι	ας	ες
4.		ûs	uum	ibus	ûs	ûs	ibus			υς	ύων	υσι	υς	υς
5.		es	erum	ebus	es	es	ebus			εις	ῶν	εσι	εις	εις

Dual. NAV. α, ω, ε, υε, η.
GD. αιν, οιν, οιν, ύοιν, οῖν.

Adje-

Adjectiva.

Formæ Adjectivi tres; *tricatalectica*, prima; *Dicatalecta*, ſecunda; *monocatalecta*, ſuprema eſt.

Prima in *-us*, *-er*; velut *albus*, & *ater*: in *-iſq*; *Secunda*; ut *Triſtis*: in impurum *-s*, *-x*, *-as*, *Tertia*; ut *amens*.

Vox in -Ος, -ας, -εις, -ων, -υς, primæ *quintupla formæ*: -Hς, -ω, -ις, *ſimplex*; -Ος, -υς, ων *compoſta*, ſecundæ. *Plura in Subſtantivum deſita*; *qualia in* -ωρ, -ας.

Nomen in *-er* deponit *-e*; ut *ater* flectitur *atra*: At ſunt quæ retinent *-e*, *miſer*, *proſper*, *tener*, *aſper*, Et *lacer*; & quot ſunt in *-fer* compoſta, vel in *-ger*.

Pauca in *-ius* flectunt genitivum; ut *ſolus*, & *ullus*, *Nullus*, *uter*, *neuter*, *totus*, ſimul *unus*, & *alter*. Apocope ex *-ius -i* facit; ex *-iius* craſis *-îus*; *Neutrius* ut *neutri*; ſic *aliius* fit *alîus*.

-Os purum, *vel -pos parit -α*; *parit* ἄλλος & ἄλλο. *Nomen -εος*, *vel -cos*; *vel compoſitum à -ωλοος*, *effert Fæmineum -η*, *non -α*, *quamvis ſit flexile purè*.

Tertia *Græca pares fines complexa Latinæ*.

Omnia flexa Latinæ formæ, flexaque Græcæ
Sunt utì Subſtantiva, parem referentia finem:
In quibus Adjectiva etiam finita leguntur;
Voxque Latina *tricuſpis*, vox & Græca τριγλώχιν.

Declinationes Adjectivorum.

Bonus.										Καλός.					
Decl. 1ma.	N.	G.	D.	Ac.	V.	Ab.	NAV.	G D.	N.	G.	D Ab.	Ac.	V.
	M.	*us*	*i*	*o*	*um*	*e*	*o*			ὸς	ου	ὸν	ε
S.	F.	*a*	*æ*	*æ*	*am*	*a*	*â*			ὴ	ης	ὴν	ὴ
	N.	*um*	*i*	*o*	*um*	*um*	*o*			ὸν	ου	ὸν	ὸν
								Du-	al.				
	M.	*i*	*orum*		*os*	*i*		ὼ	οιν	οὶ		οὺς	ους	οὶ
P.	F.	*æ*	*arum*	*is*	*as*	*æ*	*is*	ὰ	αιν	αὶ	ων	αὺς	ὰς	αὶ
	N.	*a*	*orum*		*a*	*a*		ὼ	ιν	ὰ		οὺς	ὰ	ὰ

Ater, *atra*, *atrum*, G. *atri*, *atræ*, *atri*, &c. Ἅγιος, ἁγία, ἅγιον, G. ου, ας, ου. *Sol -us -a -um*, G. *-ius*, D. *-i*, &c. Καθαρὸς -ὰ -ὸν, G. οῦ, ᾶς, οῦ, D. ῷ, ῇ, ῷ. &c.

πᾶς

		Sing.				Dual.			Plur.		
	N.	G.	DAb.	Ac.	V.	NAV.	GD.	NV.	G.	DAb.	Ac.
M	πᾶς	παντὸς	παντὶ	πάντα	πᾶς	πάντε	πάντοιν	πάντες	πάντων	πᾶσι	πάντας
F	πᾶσα	πάσης	πάσῃ	πᾶσαν	-σα	πάσα	πάσαιν	πᾶσαι	πασῶν	πάσαις	πάσας
N	πᾶν	παντὸς	παντὶ	πᾶν	πᾶν	πάντε	πάντοιν	πάντα	πάντων	πᾶσι	πάντα
M	-εις	εντος	εντι	εντα	ϛ, εν	εντε	έντοιν	εντες	έντων	εισι	εντας
F	χαρι-εσσα	έσσης	έσσῃ	εσσαν	εσσα	έσσα	έσσαιν	εσσαι	εσσῶν	έσσαις	έσσας
N	-εν	εντος	εντι	εν	εν	εντε	έντοιν	εντα	έντων	εισι	εντα
M	-ὼν	όντος	όντι	όντα	ὸν	όντε	όντοιν	όντες	όντων	ῦσι	όντας
F	ἑκ- ῦσα	ύσης	ύσῃ	ῦσαν	ῦσα	ύσα	ύσαιν	ῦσαι	υσῶν	ύσαις	ύσας
N	-ὸν	όντος	όντι	όν	ὸν	όντε	όντοιν	όντα	όντων	ῦσι	όντα
M	-ὺς	έος	εῖ	ὺ	ὺ	έε	έοιν	εῖς	έων	έσι	εῖς
F	ὀξ- εῖα	είας	είᾳ	εῖαν	εῖα	εία	είαιν	εῖαι	ειῶν	είαις	είας
N	-ὺ	έος	εῖ	ὺ	ὺ	έε	έοιν	έα	έων	έσι	έα

Triſtis. Τίς.

D. 2da.		NV.	G.	DAb.	Ac.	NAV.	GD.	NV.	G.	DAb.	Ac.
S.	C.	*is*			*em*			τίς			να
			is	*i*					νος	νι	
	N.	*e*			*e*			τί			τί
						Du-	-al.				
P.	C.	*es*			*es*			νες			νας
			ium	*ibus*		νε	νοιν		νων	σι	
	N.	*ia*			*ia*			να			να

Ὅστις ἥτις ὅ,τι ; ὅτινος ἥστινος ὅτινος ; ᾧτινι ἧτινι ᾧτινι. &c.

Ἀῤῥὴν, Ἀληθὴς. S. D. P.

	N.	G.	DAb.	Ac.	V.	NAV.	GD.	NV.	G.	DAb.	Ac.
C.	ὴν			ενα				ενες			ενας
		ενος	ενι		εν	ενε	ένοιν		ένων	εσι	
N.	εν			εν				ενα			ενα
C.	ὴς			ῆ				εῖς			εῖς
		ὅς	εῖ		ες	ῆ	οῖν		ῶν	έσι	
N.	ὲς			ὲς				ῆ			ῇ

Ἔνδοξος, Ἄδακρυς, Εὐδαίμων.

	N.	G.	DAb.	Ac.	V.	NAV.	GD.	NV.	G.	DAb.	Ac.
C.	ος				ε			οι			ους
		ου	ῳ	ον		ω	οιν		ων	οις	
N.	ον				ον			α			α
C.	υς			ω				υς			υς
		υος	υϊ		υ	υε	ύοιν		ύων	υσι	
N.	υ			υ				υα			υα
C.	ων			ονα				ονες			ονας
		ονος	ονι		ον	ονε	όνοιν		όνων	οσι	
N.	ον			ον				ονα			ονα

Dicatalecta vicem alternant cum tricatalectis.

Felix. Ἥλιξ.

D.3ia.NV.	G.	D.	Ac.	Ab.	NAV.	GD.	NV.	G.	DAb.	Ac.
			cem	*ce*						κα
S. *x*	*cis*	*ci*		vel			ξ	κος	κι	
			x	*ci*						ξ
					Du-	-al.				
ces			*ces*				κες			κας
P.	*cium*	*cibus*		*cibus*	κε	κοιν		κων	ξι	
cia			*cia*				κα			κα

S. N. *Cujas.* G. *atis.* &c. N. Λάκων. G. ωνος. &c.

Comparatio Adjectivorum.

Adjectiva trium graduum ſunt; vox *Poſitiva*, *Com*-que *parativa*, atque *Superlativa* vocatur.

Caſus in *-i* poſitivus *-ior* fit, & *-iſſimus*: *-er* fit *-Errimus*; in paucis *-ilis -illimus*. At ſibi poſcit Signa, *magis* vel *maximè*, in *-us* vox deſita purè.

Dictio

Dictio Græca ſuum finem poſitiva recudit
In -τερος *et* -τατος: *ex* -ὺς, -ίων *etiam fit, et* -ιστος.
σκληρ-ὸς, -ότερος, -ότατος. γλυκ-ὺς, -ίων, -ιστος.
Si brevis eſt penultima, flectitur -ώτερος *ex* -ος.
σοφ-ὸς, -ώτερος, -ώτατος.
Forma et in -έστερος, -ίστερος, -αίτερος, *obtinet uſu.*
Quædam neutrali aut plurali fine moventur;
Ut μέλ-ας, -αν, -τερος *et* -τατος; *et* τερενες, -τερος *ex* -ων.
Porrò ab -ίων, ι *remotum et conſona prævia reddunt*
Finem in -ασων; ταχὺς *ex* ταχίων *utì vult dare* θάσσων.

Nomen in -ος *neutrum, per* -ίων *ſe format, et* -ιστος.
Græca gradum capiunt, vix *Verba* Latina; ſed ambo *Particulas* duplici exaltant graduum incremento.
A *præ* nempe *prior, primus* proficiſcitur: à πρὸ
Sic πρότερος, πρῶτος; *formatque* φέρ-ω, -τερος, -ιστος.

Eſt etiam graduum variatio Anomala multis:
A *bonus* ut *melior* fit & *optimus*; à *malus* & fit *Pejor, peſſimus.* Hujus nec ſunt paucula ſortis.

Græca, haud abſimili ſenſu, collata Latinis:
Vult ἀγαθὸς *dare* ἀμείνων; *vult* κακὸς *et dare* χείρων.

Typus Comparativi in -*or* & -ων.

Melior. Ἀμείνων.

	NV.	G.	D.	Ac.	Ab.	NAV.	GD.	N.	G.	DA.	Ac.	V.
S	*or*	*oris*	*i*	*em*	*e* vel			ων	ονος	ονι	ονα, οα, ω	ον
	us			*us*	*i*			ον			ον	
P	*es*	*um*	*ibus*	*es*	*ibus*	Du-	-al.	ονες, οας, ους	ὀνων	σι	ονας, οας, ους	&c.
	i			*a*		ονε	ὀνοιν	ονα, οα, ω			ονα, οα, ω	

Pauca

Pauca gradus plures, quasi sensu flexa sub uno,
Adsciscunt, sua queis poscunt positiva tabellam.

	ἀμείνων		
	ἀρείων	ἄριστος	
	κρείσσων	κράτιστος	
Ἀγαθὸς	λωίων	λώϊστος	*Bonus, melior, optimus.*
	λώων	λῶστος	
	βελτίων	βέλτιστος.	
	βέλτερος		
	κακίων	κάκιστος	
Κακὸς	χείρων	χείριστος.	*Malus, pejor, pessimus.*
	χερείων		
Μέγας	μείζων	μέγιστος.	*Magnus, major, maximus.*
	μικρότερος		
	μειότερος		
Μικρὸς	μείων	μεῖστος	*Parvus, minor, minimus.*
	ἐλάσσων	ἐλάχιστος	
	ἧσσων	ἥκιστος.	
Ὀλίγος	ὀλίζων	ὀλίγιστος ὀλίγοστος.	

Haud facile est dictu, graduum ex quâ stirpe propago
Sufficitur: quâ vel [*melior*] putà, quâ vel [ἀμείνων]:
Nempe caput Nili! lubet à πολὺς ut dare πλείων;
Metathesi, Antithesique obstetricantibus ortum.
A ῥαῦς, ῥάων positivum *anteire* videtur
Ῥάδιος. Hæcce nucum quasi tegmina frangere vanum est.

Πολὺς	πλείων	πλεῖστος.
Ῥάδιος	ῥᾴων	ῥᾶστος.

A gradibus res aucta gradus augescere mandat.
Proximus, proximior. μείζων, μειζότερος. ἐλάχιστος, ἐλαχιστότερος.

Forma

Forma duplex vocum linguâ eſt Heteroclita in omni:
Vocum; queis *Numerus*, vel queis *Perſona* notatur.

Adjectivum Numerale.

Vox *numeri* eſt *Unum*; & quot habent à *Cardine* nomen.
Primo *Unum* numero flexum; *reliqua* omnia manca:
At quot ab *Ordine* nomen habent, Analogia flectit.
Cardo ſignificat *princeps* Numerale; ſed *Ordo*
Significat *Monadem* diſtinctâ in ſede locatam.

Unus. Εἷς.

		N.	G.	D.	NV.	G.	DAb.	Ac.
S.	M.	*us*			Εἷς	ἑνὸς	ἑνὶ	ἕνα.
	F.	*a*	*ius*	*i*,&c.	*μία	μιᾶς	μιᾷ	μίαν. *ab ἵος ἴα.
	N.	*um*			ἕν	ἑνὸς	ἑνὶ	ἕν.

N. οὐδεὶς, οὐδεμία, οὐδέν. G. οὐδενὸς, οὐδεμιᾶς, οὐδενός. &c. Sic μηδείς.

Conſtruitur cum plurali pluraliter *Unum*.

Duo, Ambo. Δύο, Ἄμφω.

		NV.	G.	DAb.	Ac.	NAV.	GD.	D.
D.	M.	*o*	*orum*	*obus*	*os*	δύο	δυοῖν δυεῖν f.	δυσί
	F.	*æ*	*arum*	*abus*	*as*	ἄμφω	ἀμφοῖν	
	N.	*o*	*orum*	*obus*	*a*			

Per caſus genere [aptoton δύο] ſumitur omni.

Tres. Τρεῖς. Τέσσαρες.

		NAV.	G.	DAb.	NAV.	G.	DAb.	NV.	G.	DAb.	Ac.
P.	C.	*es*			εἷς			ες			ας
			ium	*ibus*		ιῶν	ισὶ		ων	σι	
	N.	*ia*			ία			α			α

Spiritus & Accentus.

Hos ambos ſine lege loquax Paradigma miniſtrat.

Literæ

Literæ Numerales.

Septemplex numeros majuſcula Litera ſignat;
I, V, X, L, C, D, M: Replicata, redauget
1, 5, 10, 50, 100, 500, 1000. II, 2. XX, 20.
Litera: De majore minor ſe, ſi præit, aufert. IV. 4. IX. 9.

Græca minuſcula *litera calculat ordine trino:*
Nempe novem, monas; *octo*, decas; centuria, *ſeptem*
Amplificat: triplici inſeritur nota in ordine triplex:
Sex [Σταῦ]; nona-*decas* [*Lambda*]; -*centuria* [*Sanpi*]. 5, 7, 9.
Coppa ἄλογον ſignum; vau, non βαῦ, hectas Hebræa eſt.

Litera quæque ſuprà *puncto inſignitur acuto:*
Punctum literulis ſubſcriptum *Millia ponit.*

ά, β', γ', δ', έ, ϛ', ζ', ή, ϑ', ί, κ', λ', μ', ν', ξ', ό, π',
1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70, 80,

ϟ', ρ', σ', τ', ύ, φ', χ', ψ', ώ, ϡ.
90, 100, 200, 300, 400, 500, 600, 700, 800, 900.

α β
1000, 2000. &c.

Ordine ſic numeros Majuſcula computat æquo.

Sextupla, plùs uſu, Majuſcula litera, Vocis
Prima, tot eſt monadum index; quot vox integra ſignat.
Litera Ἰῶτα, *una*; & Π *quina*; & Δ nota *dena eſt*;
*Η *centena*; & Χ *millena*; & Μ *decies* Χ. *Ηεκατόν.
Si quas Π *claudat, monas omnis ſit nota* quina.

|Δ| 50. |Η| 500.

Litera quæque novo [monas] ordine *ſola putatur,*
Indicet ut methodus nova *grande volumen* Homeri.

Syllabus assiduum memorat Numeralia in usum.

Cardinalia.

Unus εἷς, duo δύο, tres τρεῖς, quatuor τέτταρες, quinque πέντε, sex ἕξ, septem ἑπτὰ, octo ὀκτὼ, novem ἐννέα, decem δέκα, undecim ἕνδεκα,
duodecim δυόδεκα, δυώδεκα, δώδεκα, tredecim τρεισκαίδεκα, quatuordecim τεσσαρεσκαίδεκα, quindecim πεντεκαίδεκα, sedecim ἑκκαίδεκα, septendecim ἑπτακαίδεκα,
octodecim ὀκτωκαίδεκα, novendecim ἐννεακαίδεκα, viginti εἴκοσι, viginti unus εἴκοσι εἷς, &c. triginta τριάκοντα, quadraginta τεσσαράκοντα, quinquaginta πεντήκοντα, sexaginta ἑξήκοντα, septuaginta ἑβδομήκοντα, octoginta ὀγδοήκοντα, nonaginta ἐννενήκοντα, centum ἑκατὸν, ducenti διακόσιοι, trecenti τριακόσιοι, quadringenti τετρακόσιοι, quingenti πεντακόσιοι, sexcenti ἑξακόσιοι, septingenti ἑπτακόσιοι, octingenti ὀκτακόσιοι, nongenti ἐννακόσιοι, mille χίλιοι, duo millia δισχίλιοι, &c. decem millia μύριοι, viginti millia δισμύριοι, triginta millia τρισμύριοι. &c.

Ordinalia.

Primus πρῶτος, secundus δεύτερος, tertius τρίτος, quartus τέταρτος, quintus πέμπτος, sextus ἕκτος, septimus ἕβδομος, octavus ὄγδοος, nonus ἔνατος, decimus δέκατος, undecimus ἑνδέκατος,
duodecimus δωδέκατος, decimus tertius τρισκαιδέκατος, decimus quartus τεσσαρεσκαιδέκατος, decimus quintus πεντεκαιδέκατος, decimus sextus ἑκκαιδέκατος, decimus septimus ἑπτακαιδέκατος, decimus octavus ὀκτωκαιδέκατος, decimus nonus ἐννεακαιδέκατος, vicesimus εἰκοστὸς, vicesimus primus εἰκοστὸς πρῶτος,

vice-

viceſimus ſecundus εἰκοστὸς δεύτερος, &c.
trigeſimus ſeu triceſimus τριακοστὸς,
quadrageſimus τεσσαρακοστὸς, quinquageſimus πεντηκοστὸς,
ſexageſimus ἑξηκοστὸς, ſeptuageſimus ἑβδομηκοστὸς,
octogeſimus ὀγδοηκοστὸς, nonageſimus ἐνενηκοστὸς,
centeſimus ἑκατοστὸς, ducenteſimus διακοσιοστὸς,
trecenteſimus τριακοσιοστὸς,
quadringenteſimus τετρακοσιοστὸς,
quingenteſimus πενταικοσιοστὸς, ſexcenteſimus ἑξακοσιοστὸς,
ſeptingenteſimus ἑπτακοσιοστὸς,
octingenteſimus ὀκτακοσιοστὸς, nongenteſimus ἐνακοσιοστὸς,
milleſimus χιλιοστὸς, bis milleſimus δισχιλιοστὸς, &c.
decies milleſimus μυριοστὸς,
vicies milleſimus δισμυριοστὸς, &c.

Cardo parit ſignum in *-plex*, *-plus* Numerale; vel in *-nus*:
Augmentat primum paria; *aſſociatque* ſecundum.
-πλοῦς, -πλάσιος *Græcis nota primi*; *nulla ſecundi eſt.*

Temporis *Ordo* parit triplex genus: Unius *anni*,
Dicitur *Anniculus*; annalia cætera in *-imus*.
Unius & *menſis* ſunt ſymbola, *menſtrua*; in *-eſtris*,
Cætera. Signa, die quoto; *in -ᾶος deſita Græcis*:
Μὴν, & ἔτος *reliqua exponit*; διετὴς, *di-que-nnis*.

Vix ſignum eſt Græcis *ſociale*; *diale* Latinis.
Subſtantiva in *-io*, vel *-tas*; *in -ὰς*, *omnia Græca*.

Cardinalia.

Sim-plex, -plus. Ἁ-πλοῦς.
Du-plex, -plus. Δι-πλοῦς, -πλάσιος.
Tri-plex, -plus. &c. τρι-πλοῦς, -πλάσιος. &c.
2o. in *-nus*. Unus, binus, trinus; quaternus, quinus; ſenus, ſeptenus; octonus; novenus, denus, &c.

Ordinalia.

1°. Annalia.

Anniculus αὐτζελὴς, biennis διετὴς, triennis τελελὴς, &c.

2°. Menſtrualia.

Menſtruus μηνιαῖος, bimeſtris δίμηνος, trimeſtris τρίμηνος, &c.

3°. Dialia.

1°. die, 2°. die, 3°. die, &c. Πρωταῖος, δευτεραῖος, τριταῖος, &c.

Subſtantiva.

Unitas, duas; ternio, trias, &c. μονὰς, δυὰς, τριὰς, &c.

Nominum Diviſio.

Nominis in varias diviſio multipla claſſes
Se fundit: *Gentile*; velut Brito. Quod *Rogat*; ut quis?
Quod *negat*; ut neuter. Quod *diſtribuit*; velut omnis.
Vox *Redditiva*; ut talis. Vox *partis*; ut alter.
Senſu *indefinito*; aliquis: ſenſuque *minuto*,
Qualia & in *-lus*, & in *-la* frequenter; in *-uncio*, rarò.

Ingens Græcorum tribus eſt; *velut* -ίσκος & -υλλος, -Ας, -δς *Maſcula*: *in* -ίσκη, -ίχνη, -αινα, vel -ανὼ, -Υλλις *Fœminea*: -ίχνιον, -ύλλιον, -άσιον, -αιον; *Porrò in* -ιον, *genere infinita familia Neutro eſt*.

Græcorum eſt præſigne Patronymicum, *à Patre dictum*. *Maſcula ſunt in* -ίδης; *in* -άδης; *in* -ίων & *in* -είων: *Recto à caſu in* -ᾳ *impurum*; -ᾳ *caſúve ſecundo*, *Manat* -ίδης: *ſed* -άδης *ex* -ς, *quod* -ι *dat*, & -ας, -ης. *Longa*, -ιάδης, *patris vel avi penultima gignit*: *Sæpe* -ων (*x* -δης *poſt* [ι] *volunt*, *non poſt* [α], *Poetæ*. Νεστορίδης, & Ναυσιλιάδης, & Βορεάδης, & Ἱπποτάδης, Φαεθοντιάδης; Κρονίων, Ἀτρείων.

Syllaba fœminea eſt -ις, -ας; -ίνη *rara vel* -ώνη: Νέστορις, Ἰλιὰς; Ἀδρηστίνη, Ἰκαριώνη.

Appellativis Propriorum forma tributa eſt:
Lemniades †Soboles Lemni, *Æneiſque Maronis.

†Popularis. *Liber. Pro-

Pronomen.

Pronomen titulo *Perſonæ* eſt triplicis auctum.
Sunt tria Subſtantiva, quibus forma unica flexûs:
Undecim & Adjectiva, biformis queis ſua forma eſt.
Græca & forma duplex, duplici pariflexa Latinæ.
Prima, *ego, nos*, tantùm: *tu, vos*, perſona ſecunda:
Tertia, Pronomen reliquum; cum nomine quovis.
Porrò *ſui* & *ſuus*, ambo *Reciproca*; Poſſeſſoris,
Qui præit aut ſequitur verbum, ſpectantia caſum.
Septem *Primitiva* in Linguâ utrâque putantur.
Ego, tu, ſui; is, ille, iſte, ipſe.
Ἐγὼ, σὺ, ἕ; ἐκεῖνος, ὅστις, αὐτὸς, ὅδε, ἅδε.
Simplex *Ipſe* tribus perſonis ſervit, & αὐτός.
Compoſitum ex αὐτὸς *pariter* τριαυτόσωπον, ἑαυτοῦ.
Septem Derivata Latina; & Græca bis octo:
Hæc iterum aut *Poſſeſſiva*; aut *Gentilia* dicta.
Meus ἐμὸς; tuus σὸς; ſuus ὅς, σφέτερος; noſter ἡμέτερος, νωίτερος; veſter ὑμέτερος, σφωίτερος:
Noſtras ἡμεδαπὸς; veſtras ὑμεδαπὸς.
Hæc [iſthic, illic,] duo ſunt Compoſta, tri-ptota.
Græca Reciproca ſimplicia; ἕ, ὅς. *Sunt tria ab* αὐτὸς *Compoſita, & triplici Pronomine Subſtantivo:*
Sunt etiam tria ab ὅστις, *et à tribus Adjectivis.*
ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ. τηλικοῦτος, τοιοῦτος, τοσοῦτος.

Declinatio Pronominis Subſtantivi.

N.	G.	D.	Ac.	V.	Ab.	N.	G.	DAb.	Ac.	V.
Ego	*mei*	*mihi*	*me*		*me*	Ἐγὼ	ἐμοῦ μοῦ	ἐμοὶ μοὶ	ἐμὲ μὲ	
Tu	*tui*	*tibi*	*te*	*tu*	*te*	Σὺ	σοῦ	σοὶ	σὲ	σὺ
	Sui	*ſibi*	*ſe*		*ſe*		Οὗ	οἷ	ἕ	
nos	*noſtrûm-ri*	*nobis*	*nos*		*-bis*	ἡμεῖς	ἡμῶν	ἡμῖν	ἡμᾶς	
vos	*veſtrûm-ri*	*vobis*	*vos*	*vos*	*-bis*	ὑμεῖς	ὑμῶν	ὑμῖν	ὑμᾶς	-εῖς
	ſui	*ſibi*	*ſe*		*ſe*	σφεῖς	σφῶν	σφίσι	σφᾶς	
			νῶϊ		νὼ.		νῶϊν	νῷν.		

Dual. NA. σφῶϊ σφὼ. GD. σφῶϊν σφῷν.
σφωὲ σφὲ. σφῶϊν σφίν. De-

Declinatio Pronominis Adjectivi.

Decl.	N.	G.		N.	G.

1ª. S. *Ille, illa, illud. illius.* &c. Ἐκεῖνος -η -ο. -ου -ης -ου. &c.
Huc refer *meus -a -um.* Ἐμὸς -ὴ -ὸν &c. ut *bonus*, καλός.

		N.	G.	D.	Ac.	Ab.	NV.	G.	DAb.	Ac.
S.	M.	*Is*			*eum*	*eo*	οὗτος	τούτου	τούτῳ	τοῦτον
	F.	*ea*	*ejus*	*ei*	*eam*	*eâ*	αὕτη	ταύτης	ταύτῃ	ταύτην
	N.	*id*			*id*	*eo*	τοῦτο	τούτου	τούτῳ	τοῦτο
P.	M.	*ii*	*eorum*		*eos*		οὗτοι		τούτοις	τούτους
	F.	*eæ*	*earum*	*eis, iis*	*eas*	*eis, iis*	αὗται	τούτων	ταύταις	ταύτας
	N.	*ea*	*eorum*		*ea*		ταῦτα		τούτοις	ταῦτα

Dual. NAV. τούτω, ταύτα, τούτω. GD. τούτοιν, ταύταιν, τούτοιν.

S.N. *Ipse, ipsa, ipsum.* G. *ipsius*, &c. αὐτὸς -ὴ -ὸ. G. -οῦ -ῆς -οῦ. &c.

Articulus, *Qui*; nomen, *Quis*; pronomen [*Is, Ille, Iste*] capit, pro *m*, *d* neutrum; respuit *Ipse*.
Ante *d*, *Is*, *Quis n* pro *m* capit; utpote *quendam*.
Hæc tria neutrum in -o flectunt ὅστις, ἐκεῖνος & αὐτός: *Sis in compositis* ὁστισοῦν: *nec -ον excidit usu.*

Decl.		N.	G.	DAb.	Ac.

2ª S. *hic hæc & hoc, nostras, -atis*, &c.
ὁ ἡ τὸ, δεῖνα -νος -νι -να.

Compositum Reciprocum.

	G.	DA.	Ac.	G.	DA.	Ac.

Ἐμαυτοῦ
S. Σεαυτοῦ ῆς οῦ. ῷ ῇ ῷ. ὸν ὴν ό. P. ῶν. οῖς αῖς οῖς. ούς ὰς ά.
Ἑαυτοῦ, αὐτοῦ

Emphasis ut *-met, -te, -pte, -ce*; Sic -γε, -νη, usa parelcis.
Egomet, túte, nostrâpte, ejúsce; ἔγωγε, τύνη.

Spiritus & tonus ante-dato ex paradigmate scitur.

Dupla

Dupla Heterogenia eſt, Heterocliſis & tripla, perque
Utramvis, crebra Heteroſtoichia; ternio triſtis,
Grammaticæ faciles aditus opus & leve, acerbat.

Heterogenia id eſt

Variatio vel Generis, vel Genitivi.

Variatio Generis.

1°. Maſculina *alienæ* terminationis.

Maſcula, *neutro* fine; lien, cum pectine, ren; ſol;
Furfur, item turtur, vultur; ſalar; & lepus, & mus.
Maſcula, *fæmineo*; dens, fons, mons, pons. Tudes, ames,
Et ceſpes, fomes, gurges, cum limite, merges,
Pes, paries, palmes, poples, cum ſtipite, termes,
Trames: meridies, formæ vox unica quintæ.
Callis, caulis, collis, follis, menſis, & enſis,
Faſcis, fuſtis, piſcis, poſtis, ſentis, & unguis,
Et torris, vectis, vermis, ſimul orbis, & axis:
Et vox in *-nis*; ut ignis: item ſanguis, lapis, & glis.
Dicatalecta *-il*, *-ilis*; vel *-is*, *-er*; cum mugile, vomis.
As cum *compoſito* vel *parte*; ut centuſſis, bes;
Pars & in *-ans*, *-ens*, *-unx*; dodranſque, trienſque, deunxq;.
Adde culex, caudex, codex, cimexque, frutexque,
Grex, murex, pollex, pulex, ſorexque, latexque,
Ramex, & vertex, & apex: fornixque, calixque.
Plura ſed his præbet Lectori rarior uſus.

2°. Fæminina.

Plurima vox in *-us*, Urbs, aut Inſula, Gemma, vel Arbor,
Fæminea eſt. Humus, *-i*; tribus, *-ûs*; ſic porticus, Idus,
Sic acus, & manus: unica ſed domus, *-i* facit, aut *-ûs*.
Additur his caro: nomen & in *-lio*, quod venit ex *-lis*:

Arbor; cos, dos; cum tellure, ſalus, palus, incus;
Vel quod format in *-us*, juvenis, vir, cum ſene, ſervus.

3°. Neutralia.

Suber, acer, ſiler; uber, iter, ver; junge cadaver,
Tuber; item cicer, & piper, & ſiſer, atque papaver.
Æquor, marmor, cor; æs; va-s-*ſis*, & os-*ſis*, & o-s-*ris*.
Omne etiam nomen caſu invariabile; ceu *fas*.

Sæpe Poeta genus variat, vel pervetus Author:
Maſcula; adeps, finis, torquis, pulvis, cinis, anguis,
Vepres, linter, margo, rudens, ſcrobs, pampinus, obex,
Index, & cortex: Hæc *fæminea*; ut colus, alvus,
Carbaſus, & corbis, rubus, imbrex, luxque, ſilexque:
Plura utriuſque notæ, genera in diverſa feruntur.

Neutrum aliquando legis, nomen commune duorum.
ruricolæ aratri. *Ovid.*

Sunt quæ, neglecto proprio, generale capeſſunt
Supra ſe genus, affini de nomine ſumptum.
Indè capit genus, [a]Urbs, aut Inſula, Gemma, vel Arbor,
[a]*Fæmineum*: [b]Mons indè ſibi, Fluviúſve cooptat
[b]*Maſculeum*: Indè vel [c]*-um*, per Syntheſin, eſt [c]*muliebre*.

a. Narbo pulcherrima, *Mart.* b. Summus Oeta, *Sen.* c. Dejecta Ilion. *Ovid.*

Adjectiva ſui, genere omni, fine vel omni,
Vim Subſtantivi capiunt; ut, maſcula, bis ſex
Menſis Nomina: fæminea; ut quartana, curulis.
Neutrum, utì Subſtantivum, antiquâ lege receptum eſt.

Heterogenia Nominum Græcorum.

Durum Heterogeniæ Canonem, Muſæque laborem
Catalogus minuit: methodo ſed metra Latinæ
Congrua, dant Specimen breve; id eſt, de meſſe maniplum.
Nomina maſculeos non pauca gerentia fines,
Fæminei generis, vel neutrius eſſe jubentur.
In genera hi fines alieni ità maſcula *vadunt*
Qualia ſunt; ὄφις, ἦις, ἄϊς; λῖς, λῖς, *leo, pannus.*

Fæminei *generis ſunt*; ἄσβολος, ἀτραπὸς, ἄμμος, Ἄσφαλτος. βάσανος, βίβλος, βύσσος*que*. γνάθος*que*. *Et*

Et δοκὸς, *&* δρόσος. ἤπερος. θόλος. *adde* κέλευθος.
Ληνός. νῆσος. ὁδός. πλίνθος. ῥάβδος*que*. νόσος*que*.
Et σόρος, *&* σπόδος. *&* τάφρος. ψῆφος*que*. τρίβος*que*.
Χθὼν*que*, χιὼν*que*, *&* ἅλων, εἰκὼν*que*, λαγὼν*que*, ϛαγὼν*que*,
Σίνδων, κὴρ, σιαγὼν, γαϛὴρ, ἀὴρ*que tenebræ*.
Θρὶξ, αὖλαξ, ἄντυξ, μάϛιξ, κλίμαξ*que*, κύλιξ*que*,
Σὰρξ, σμώδιξ, νὺξ, πλὰξ, ϛὶξ, φλὸξ, σχοῖνιξ*que*, πτέρυξ*que*.
Ἐσθὴς, κλεῖς, αἰδὼς, ἠὼς, φὼς *pustula*; φλὲψ, ὄψ.
Neutrum; ὕδωρ, *&* ἕλωρ, σκὼρ, φῶς *lux*, ἦρ, ϛάϊς, *&* κῆρ.
Paucula, ceu γνώμων, κίων, communia *habentur*.
Πίδαξ fæmineum *est*; βὴξ, ἄμπυξ mascula; *rarò*.
Masculeum *est* αἰὼν, αὐλὼν; muliebre, *Poetis*.
Adjectiva genus referentia Substantivi
Fæmineum, finalia in -ος, *vix digna tabellæ*.
Ἡ διάμετρος, *id est*, γραμμὴ; *&* ἔρημος, *id est*, γῆ.

Variatio Genitivi in Tertiâ Declinatione.

Tertia dat varios Genitivi Inflexio fines.
-*Is* crebrò manet: -*es*, vel -*e*, sic parisyllabon -*is* fit.
Additur -*is*, -*nis*, -*tis*, -*sis*; -*s* fit -*tis*, -*dis*, & -*is*, -*ris*:
Pallor, sermo, poema, as; lis, laus, grus simul, & mus.
Vox capit -*is*, quam -*c*, -*l*, -*n*, -*r* litera claudit.
Impurum -*s* fit -*tis*: glans, -*dis*; fronsque -*tis*, & -*dis*.
Purum -*s* non pauca solent inflectere, per -*tis*;
Qualia in -*as*, pietas: lis: cos, dos: nomen & in -*pos*;
Ut pronepos: simul hæc abies, ariesque, quiesque,
Interpres, paries, seges, & teges: adde salus; &
Quod sibi in -*us*, juvenis, servus, vir, cum sene, format.
Græcum in -*a*, -*tis* capit; ut problema, -*tis*; adjice lac, -*tis*.
Pes, merces, hæres: cassis, cuspis, lapis: & præs
-*Dis* facit: & custos: fraus, laus: incusque, palusque.
Multa sed -*es*, per -*itis* variant; velut ales, & ames,
Cespes, cocles, eques, fomes, cum gurgite, limes,
Et merges, palmes, poples, cum milite, veles,
Et stipes, termes, trames, pedes, atque satelles.

S post b, m, p, medium [i] locat; ut trabis, à trabs:
Post *c*, *g*, clausum in *-x*, quod vox *primula* monstrat;
Dux veluti ducis, à *duco*; rex, à *rego*, regis.
X crebrò verti solet in *-cis*: rariùs in *-gis*;
Qualia sunt hæc, lex, rex, grex, cum remige, conjux.
-Ebs, simul *-eps*, ferè & *-ex*, si vox monosyllaba non sit,
Vocalem [*e*] permutat in [*i*]; velut *auspicis*, *auspex*.
Excipe sed vervex, vervecis; & aucupis, auceps.
ἀντικρὺ apertè Lucian. è regione Thucid.
Quinetiam una eadem Loci erit vel Temporis index.
ubi ὅπου.

Synopsis

Synopsis Particularum.

Adverbium.

PRIMITIVUM. ἄγαν Xenoph. λίαν Luc. 23. 8. valde. ἄχρις Act. 11. 5. μέχρις Matth. 11.23. usque. εἰκῆ Matth. 5. 22. μάτην Ibid. 15.9. frustra. ἵνα ubi Aristoph. Nub. 1. 4. 6. ut Ioh. 16.1. πάλιν rursus Ioh. 16. 19. πρὶν priùs Marc. 14. 72.

POETICUM. αὖ rursus Iλ. α. 459. μάψ frustra Iλ. β. 120. ὄφρα donec Iλ. β. 769. ut Iλ. α. 147.

DERIVATUM. ἀνδρακὰς viritim Οδ. γ. 14. πάνυ omnino Aristoph. Plut. 1. 1. 57. μάλα valde quasi à μαλὺς. ἀμέλει pàx Nub. 1. 6. 39. τηνάλλως frustra Demosth. ἔμπαλιν Herod. 338. 1. τὔμπαλι Anthol. Tetrast. versâ vice. ἐκ μέρους partim. 1 Cor. 13. 10. καθόλου universim Act. 14. 18. καθ' ἕκαστα singulatim. Aristot.

Qualitatis.

PRIMITIVUM. εὖ bene Eph. 6. 3. ἐτὸς temere Aristoph. Plut. 23. 80. ἶφι fortiter Iλ. α. 38.

DERIVATUM. κρύβδην clam Demost. σῖγα tacitè Apollon. ἀραρότως firmiter Plut. ἀκονιτὶ facilè Thuc. ἀναιμωτὶ incruentè Apollon. Argon. l. 2. Πρὔργου è re Aristoph. Plut. 2. 6. 5. ἐπαυτοφώρῳ in ipso facto Ibid. 2. 4. 41. ἐξεπίτηδες deditâ operâ Ibid. 4. 3. 57. *Poet.* ὄχα Iλ. α. 69. ἔξοχα Iλ. ε. 61. eximiè. ἄκην tacitè Iλ. γ. 98. πρόχνυ geniculatim Iλ. ι. 566.

Ἀπὸ θυμοῦ invitò Iλ. α. 562. ἀπὸ τρόπου indecenter Plato. ἀπὸ σκόπου abs re Dion. Hal. ἀπὸ εἰκότος non verisimile Paus. Phoc. ἐξ ἀπροσδοκήτου Plato. ἐκ τ' αὐτομάτου Plut. inopinatò. ἐκ τοῦ εὐθέος temere Thuc. *lib.* 1. ἐκ τοῦ τεθαῤῥηκότος confidenter Plato. δι' ἀκριβείας accuratè Aristot. ἐν τῷ φανερῷ palam, ἐν τῷ κρυπτῷ clam Matth. 6. 4. παρ' ἀξίαν indignè Bud. πρὸς ὀργὴν iracundè Demosth. ἐκ προαιρέσεως Demosth. κατὰ προαίρεσιν Aristot. consultò. ἀνὰ λόγον, κατὰ λόγον Aristot. περὶ πόδα Lucian. congruenter. πρὸ ὁδοῦ, πρὸς ἀγαθοῦ Aristot. πρὸς τρόπου Plato. εἰς καλὸν Xenoph. commodè. ὁδοῦ πάρεργον à proposito Plut. Thes. Νεανικῶς Aristoph. κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον Bud. εἰς τὸ δυνατὸν Xenoph. ὁσαχῇ περ ἂν ἦν δυνατὸν Plato. ὡς ἔνι μάλιστα Lucian. ὡς ἐκ τῶν ἐγχωρούντων, ἐκ τῶν ἀφορμῶν. Poet. καθ' δύναμιν Hesiod. ἔργ. α. 334. pro virili.

Ὅπως ἔτυχε temere Demost. ὅπως Lucian. ὅπη Thuc. ἀμῆγε, ἀμηγέπως Hesych. ἀμωσγέπως Plut. Peric. quodammodo. Ἀμοιγέποι Hesych. ἐφ' ἓν Aristot. uno modo. Ὅπη ἄν Plato 3. Rep. ὅπη οὖν Ibid. 2. Rep. ὁπηδήποτε Bud. ὅπως ἄν Aristoph. Nub. ὁπωσοῦν Aristot. ὅπως ποτὲ, ὁπωστιοῦν, ὁπωσδήποτε Demosth. ὁπωσδηποτοῦν Bud. quomodocunque.

CAUSÆ. ἕνεκεν Matth. 19. 5. χάριν Luc. 7. 47. Poet. ἕκητι Hes. ἔργ. α. 4. gratiâ.

SIMILITUDINIS. PRIMITIVUM. ὡς ut Matth. 6. 10. ὥς sic Iλ. α. 33.

DERIVATUM. οὕτως sic Luc. 22. 26. ὡσαύτως Xen. κατὰ ταῦτα Thuc. Poet. ὁμῶς Iλ. ε. 535. τῷκε Iλ. ο. 51. similiter. Οἷον Aristoph. οἷα Anthol. Tetrast. καθὼς 1 Thess. 4. 6. καθὸ, καθάπερ, καθαπερανεὶ Aristoph. καθότι Thuc. καθαπροῦν Bud. ᾗπερ Aristoph. Acharn. 2. 2. ὡς ἄν Xenoph. ὡσεὶ Hesiod. ὥσπερ ἄν εἰ Isocrat. ὡσπροῦν, ὡσπροῦν δὴ Bud. ὥσπερ ἀμέλει Plut. quemadmodum.

Quan-

Quantitatis.

PRIMITIVUM. ἄλις ſatis Iλ. β. 90. ἔδην abunde Iλ. ε. 203.

DERIVATUM. πολὸν Herod. 30. 15. πολλῷ Ariſtoph. Plut. 1. 2. κάρτα Herod. 306. 32. multùm. ἶσον Iλ. α. 63. ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ Thuc. ἐπὶ ἴσοις καὶ ὁμοίοις Xen. ἐξ ἰσότητος 2 Cor. 8. 14. æqualiter.

Amplificationis.

Μίγα Herod. 3. 14. μεγαλωστὶ 95. 25. valde. Ὑπερφυῶς Herodian. ὑπερβολὴν 2 Cor. 12. 11. nimis. Poet. λαμπρὲς Iλ. ε. 112. λαπρὸ Iλ. δ. 138. πρεσσὸ Dion. Af. penitus. Ἐκ περισσοτέρου multò magis Ariſtot. Pol. 5. ἐκ περισσοῦ Plato. ἐκ περισσοῦ μᾶλλον Marc. 14. 31. ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ Epheſ. 3. 20. λίαν ἐκ περισσοῦ Marc. 6. 51. πρὸς ἀφθονίαν Iſocrat. excellentiſſimè. εἰς τὸ ἔσχατον Lucian. εἰς τὰ ἔσχατα Demoſth. ſummè. πρὸ παντὸς Thuc. lib. 2. πρὸ πολλοῦ, ὅτι πρόσθεν Plato. plurimi. Πάντως Plato. παντελῶς Xen. Pæd. τὸ παρόπαν Ariſtoph. Plut. 1. 1. 17. πάντη πάντως Ariſtot. ἀντὶ παντὸς Bud. ὅλως τὸ πᾶν, εἰς πάντα, παντάπασι Plato. παντοδὲι Thuc. lib. 8. Poet. παντοδίη Iλ. β. 12. πάμπαν Iλ. α. 422. omnino. Καὶ πολύγε Plato de Leg. ὅτι πολὺ Thuc. ὡς ὅτι πολὺ Iſocrat. παμπολὺ, ὡς τὰ πολλὰ Plato. πρόπολλὸν Apollon. Arg. εἰς μέγιστα Plato. τὰ μάλιστα, μάλιστα πάντως, ἐν τοῖς μάλιστα Ariſtot. παντὸς μᾶλλον Plato de Leg. ὁμοίως τοῖς μάλιστα Demoſth. μάλιστα ἐκ πάντων, ἔχ ἥκιστα, ἔχ ἧσσον, ἔχ ἥκιστα Thuc. ut plurimùm.

Hæ particulæ ὡς, ἐπεὶ, ἐπειδὴ, ὅπ, ὡς ὅπ, ὡς οἷόντε, ὅσον, ἢ δυνατὸν, ὡς δυνατὸν, ὅπως, cum ſequentibus, nempe μάλιστα, τάχιστα, &c. V.G. ὅπ μάλιστα Ariſtoph. Plut. ὡς ὅπ μάλιστα Plato lib. 6. de Leg. ὡς οἷόντε μάλιστα Demoſth. ὡς τάχιστα Eurip. Hec. ἐπεὶ τάχιστα Xen. ἐπειδὴ τάχιστα Demoſth. ἢ δυνατὸν τάχιστα Xenoph. Hellen. 6. ὅπως τάχιστα Sophoc. ὅσον πλεῖστον Xenoph. ὡς δυνατὸν πλεῖσον Iſocrat. quàm, vel per quàm maximè, celerrimè. Utriuſque ſortis formulæ cum nomine junguntur; V.G. ὡς λαμπρότατος ſplendidiſſimus Xen. ὡς δυνατὸν κάκιστος peſſimus Iſoc. ὡς μάλιστα σοφὸς ſapientiſſimus, &c.

Hæ verò ὡς, ὅσον, ἥλικον, ὡς σφόδρα ſequuntur vocem ſenſu ferè poſitivo; i. e. θαυμαστὸν, θαυμάσιον, ἀμήχανον &c. Viz. θαυμαστὸν ὅσον Ariſtot. θαυμάσιον ἥλικον Bud. θαυμαστῶς ὡς σφόδρα Plato lib. 1. Rep. θαυμασίως ὡς Plato in Phæd. ἀμήχανον ὅσον Plato. quàm mirabiliter, immane quantum.

Ὅπ, ὅσον quàm, cum ſequente neutro; ut ὅπ τάχος Plato. ὅσον τάχος Bud. quàm celerrimè.

Diminutionis.

PRIMITIVUM. ἧκα ſenſim Iλ. γ. 155. σχεδὸν ferè Act. 13. 44. μόλις vix 14. 18.

DERIVATUM. μόγις Luc. 9. 39. σχολῇ Xenoph. vix. λίγδην Oδ. χ. 278. ὀλίγδην Lucian. ὀλιγαύδην, ἀκροθιγῶς Bud. ſtrictim. ἐλαττόνως minùs Plato. γέδη ſaltem Demoſth. Poet. μίνυθα paululum Iλ. α. 416. Παρ' ἕνα Lucian. παρὰ μίαν 2 Cor. 11. 24. uno, unâ minus. πρὸ ὀλίγου, παρὰ μικρὸν Iſocrat. παρὰ φαῦλον Bud. εἰς ὀλίγον Matth. 5. 13. parvi, minimi. Ἐν ὀλίγῳ Act. 26. 28. παραχρῆμα Apollon. Argon. ferè. Ὅσον ὄσσον Anth. l. 2. ὅσον βαιὸν Anthol. ὀλίγον ὅσον Lucian. τί μικρὸν Iſocrat. εἰς ἐλάχιστον 1 Cor. 4. 3. ὀ πάνυ Xenoph. ἧττον σχολῇ Bud. quàm minimè. Οὐδ' ἀρχὴν Pauſan. ὀδὲ γέ Ariſtoph. Plut. 1. 1. 17. ne tantillum. Μονονὸ Ariſtoph. Veſp. ὅσον ὀ Thuc. ὅσον ὄπω Plut. Romul. ὅσον ὀδέπω Thuc. ὅσον ὀκ ἤδη Xenoph. Hellen. 6. tantùm non. ὅπ Iλ. α. 153. ὅτιγε Ariſtot. μήπ δὴ, μήτιγε δὴ, μήτοιγε, μὴ ὅπ δὴ Plato. μήτιγε δὴ, μὴ ὅπ γὲ Bud. μὴ οἷον Polyb. lib. 5. nedum.

Tem-

Temporis.

PRIMITIVUM. ἀεὶ ſemper Hebr. 3. 10. νῦν nunc Ioh. 2. 8. ἤδη jam Matth. 3. 10. αὔριον cras Matth. 6. 34. χθὲς herì Act. 7. 28. ἄρτι nuper Matth. 9. 18. ἔτι adhuc Matth. 12. 46. θαμὰ crebrò Iλ. ο. 470. ὅτε Luc. 4. 25. εὖτε Iλ. α. 242. ἡνίκα Oδ. χ. 198. quando. ὀψὲ ſerò Marc. 11. 19. πάλαι olim Matth. 11. 21. πέρυσι anno ſuperiore Demoſth. πρόκα ſubitò Herod. 305. 12. Poet. αἶψα ſtatim Iλ. α. 303. δηὶ diu Iλ. α. 416. εἶθαρ ſtatim Iλ. ε. 337. ἦμος quando Iλ. α. 475. μέσφα donec Iλ. θ. 508.

DERIVATUM. αὐτίκα ſtatim Iλ. α. 386. αὖθις rurſus Iλ. α. 425. αὐτόθεν ex tempore Iλ. τ. 77. ἀωρία intempeſtivè Ariſtoph. Acharn. 1. 1. 22. ἑκάστοτε 2 Pet. 1. 13. πάντοτε Matth. 26. 11. ſemper. ἐς ὅ κεν Herodot. ἕως Xenoph. donec. ἐυθὺς ſtatim Matth. 3. 16. ἕως quamdiu Ioh. 12. 35. πηνίκα, ὁπηνίκα Ariſtoph. Av. πότε Matth. 25. 39. ὅταν Xen. ὁπόταν Lucian. ἐπὰν Phocyl. ἐπειδὰν Lucian. quando. τότε tunc Matth. 16. 20. πολλὰ ſæpe Ariſtoph. Plut. 2. 2. 1. πρωΐ Iλ. ε. 832. πρωΐ Matth. 16. 3. manè. σήμερον hodie Matth. 6. 11. σ pro ſpiritu aſpero. Poet. δηθὰ Iλ. ε. δηρὸν Iλ. β. 435. diu. εἰσότε donec Oδ. τ. 144. ἐπεὶ poſtquam Iλ. α. 156. ἦμαρ interdiu Heſiod. cum compoſitis. αὐτῆμαρ eodem die Iλ. α. 81. ἐννῆμαρ ſpatio novem dierum 53. παντῆμαρ toto die Apollon. Argon. νύκτωρ noctu Heſiod. πάρος prius Iλ. α. 453. πρῶ manè Ariſtoph. concion. πρωΐ antè Ariſtoph. Av. πρωΐζα nudiuſtertius Iλ. β. 303. ῥίμφα raptim Iλ. ζ 511. τῆμος tunc Iλ. η. 434. τόφρα tamdiu Iλ. α. 509. χθιζὰ heri Iλ. β. 303. Ἐναγχος nuper Ariſtoph. πέρπαλαι olim Bud. Ἐξαῦτις Iλ. α. 223. εἰς τὰ ἔπειτα Thuc. poſtea. Διὰ παντὸς Marc. 5. 5. ἀδιαλείπτως 1 Theſſ. 5. 17. δηνεκὲς Hom. Hymn. in Apoll. v. 255. δηνεκέως Oδ. δ. 836. εἰς τὸ δηνεκὲς Hebr. 7. 3. εἰς τὸ παντελὲς Heb. 7. 25. εἰς ἀεὶ Lucian. ſemper. Ἐν δέοντι Bud. εἰς δέον Demoſth. tempeſtivè. Ἐπὶ μικρὸν Ariſtot. ἔτι μικρὸν ὅσον ὅσον Hebr. 10. 37. tantillo tempore. Ἐκ ποδὸς Dion. Hal. ἐξ ὑποστάσεως Ariſtot. ἐν τῷ καιρῷ Polyb. τῷ ταχίστῳ Demoſth. παραχρῆμα Matth. 21. 19. ἐκ τοῦ παραχρῆμα Demoſth. εἰς τὸ παραχρῆμα Plato. ἐν βραχεῖ, ἐν ἀκαρεῖ Lucian. δι' ὀλίγου Thuc. ἐξαίφνης Luc. 9. 39. Poet. ἐξαπίνης Ariſtoph. Plut. 2. 3. 2. citò, momento. Ἐκ πολλοῦ Thuc. μέχρι πόρρω Ariſtot. ὄφρα δηρὸν Apollon. Argon. diu. Ἐν τῷ παρόντι Thuc. ἐν τῷ παραυτίκα Bud. τὰ νῦν Plut. νυνμενὶ Ariſtoph. Av. νῦν ἄρτι Plato. καὶ νῦν ἔτι Thuc. l. 2. ἔτι πίνυν Dem. nunc, illico. Ἀπὸ τοῦ νῦν 2 Cor. 5. ἀπ' ἄρτι Matth. 16. abhinc. Ὁσημέραι quotidie Ariſtoph. Plut. πρωτεραία pridie. ὑστεραία Demoſth. τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ Act. 21. 26. ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ Luc. 9. 37. τῇ ἐπαύριον Act. 11. 12. ὄφρα τὸ αὔριον Luc. 10. 35. poſtridie. εἰς ἡμέραν αἰῶνος in æternum 2 Pet. 3. 18. Ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας 1 Cor. 4. 11. ad hanc horam. ἕως ἄρτι Ioh. 5. in hunc diem. Δείλης ὀψίας veſperi Bud. δείλης ἑώας Bud. ἅμα τῇ ἡμέρᾳ Xen. pæd. 2. ὑπὸ τὸ ἑωθινὸν Polyb. lib. 3. πρωΐ πάνυ Ariſtoph. Veſp. 1. 1. 104. ὄρθρου βαθέος Luc. 24. 1. ὑπὸ τὸν ὄρθρον Ioh. 8. 2. diluculo. Ἤδη ποτὲ aliquando Iλ. α. 260. Τότ' ἤδη Demoſth. δήποτε Xenoph. tandem. Μέχρι οὗ ἄν ὅ quouſque Ariſtot. Πώποτε unquam Iλ. α. 106. οὔποτε Iλ. α. 234. οὐδεπώποτε Ariſtoph. Plut. nunquam. Οὐτέπω Xenoph. οὐπώπω Sophoc. οὐδετέπω Iλ. α. 108. οὐδενύπω Apollon. Argon. μήπω Ariſtoph. Nub. nondum.

Loci.

PRIMITIVUM. οἵ, οὗ ubi Aristoph. ἐγγύς Joh. 6. 19. ἴκλαε Plato. πόλαι Prov. 27. 2. prope. πέραν ultra Marc. 5. 1. χαμαὶ humi Xenoph. δεῦρο huc Luc. 18. 22. Poet. ἀφ retro Il. α. 60. ἄγχι prope Il. ε. 185. τῆλε procul Il. β. καλάλ. 370.

DERIVATUM. δημοσίᾳ publicitus Demosth. ἰδίᾳ privatim 1 Cor. 12. 11. χάμαζε in humum. Il. γ. 29 θύραζε foras Aristoph. Plut 1. 2. κυκλόθεν Apoc. 4. 3. ἀμφὶς Il. β. 13. πέριξ Herod. 46. 8. περίτρα Herodian. *lib.* 2. circum. ἐπέκεινα ultra *ibid. lib.* 6. ὅπῃ πάρε cis Aristot. μέλαξυ Luc. 16. 26. Poet. μεσηγύς Il. ε. 41. inter. Ἄλλοσε Diog. Laert. ἀλλαχῇ, ἀλλαχῇ Xenoph. alibi. ἀλλόθι in alium locum Thuc. ὁμόσε in eundem locum Il. γ. 337. Ἀνθπέρην Aristot. ἀπαντικρὺ Pausan. κατανπικρὺ Aristot. è regione. Ἄνωθεν Ioh. 3. 31. ἀνεκὰς Aristoph. Vesp. 1. 1. 18. supernè. Πλησίον Ioh. 4. 5. Ἔγγυθεν Il. ε. 72. ὁμόθεν Sophoc. πάρεγγυς Aristot. Pol. 3. ἐμπροσθὴν Eth. 5. Poet. ἔσσον (ab ἔγγιον) Il. α. 335. ἔμπαλιν Il. β. 526. prope. Ἔκπροθὴν Aristoph. Ran. πρόρρω Matth. 15. 8. πόρρωθεν Luc. 17. 12. μακρὰν Marc. 12. 34. μακρόθεν Luc. 18. 13. ἀπὸ μακρόθεν Luc. 16. 23. Poet. ἀπόπροθι Il. η. 334. ἀπόπροθι Il. κ. 410. ἀπόπροθεν Il. κ. 209. procul. Περιπροθὴν Hesych. ἔναντι Luc. 1. 8. ἀπέναντι Matth. 21. 2. ἐνώπιον Luc. 1. 6. κατενώπιον 2 Cor. 2. 17. ἔμπροσθεν 1 Thess. 1. 3. Poet. ἄντα Il. γ. 184. ἀντίον Il. α. 187. coram. Ὀπίσω Luc. 9. 62. εἰς τὰ ὀπίσω Ioh. 6. 66. ὄπιθεν Luc. 8. 44. εἰς τὄπιθεν Aristot. ἀνόπιν, μετόπιν Hesych. κατόπιν Aristoph. Plut. 1. 1. retrò. Διαμφὶς Dion. Af. ἑκατέρωθεν Herodot. ἀμφοτέρωθεν Il. ε. 726. ἐκ τῶ ὄπι θατέρα Thuc. παρ' ἑκάτερα Philo. utrinque. Ὅπου Matth. 6. 20. ὅποι Aristoph. Nub. πῆ δῆτα, ποῖ δῆτα Bud. ἔνθα Aristoph. ubi. ὁπόπολε Plut. Pericl. ὁπόπολε, ὁπουδήπολε Bud. ὁπουῦν Xenoph. ὅπου ἂν τύχῃ Aristot. ὁπουγεδὴ Suid. ubicunque. παγλαχῇ Dem. παγλαχῇ Plato. ἀμηγέπου Arist. Acharn. 2. 6. 38. ubique. ταύτῃ πῃ, πῃ ταύτῃ alicubi Plato. ἔνθα Il. α. 536. ἐνθάδε Luc. 24. 41. ἐνταυθὶ Plut. Public. ἐνταυθοῖ Aristoph. Nub. ἐκεῖ Matth. 2. 13. ἐκεῖσε Act. 21. 3. ibi. ὅθεν δὴ undecunque Sap. 15. 12. ἔνθεν Dem. ἐκεῖθεν Joh. 19. 18. ἄλλην ἀλλαχῇ hinc illinc Plato. οἷπερ Aristoph. ὅπη ἄν Plato Apol. quocunque. ἔνθα ἀλλ' ἔνθα Il. β. 462. δεῦρο κἀκεῖ Plut. Galb. κἀκεῖσε ἀλλ' τὸ δεῦρο Eurip. Phœn. huc illuc. ἄλλυδις ἄλλη aliò atque aliò Od. ξ. 35. Τῇ ἀλλ' τῇ Anthol. Hexast. ταύτῃ ἀλλ' ἐκείνῃ Herodot. hac & illac.

Ordinis.

PRIMITIVUM. εἶτα deinde Marc. 4. 28.

DERIVATUM. πρῶτα, πρώτιστα Aristoph. τὸ πρώτιστον Bud. ἐξαρχῆν Herod. 3. 21. ἐξαρχῆθεν 297. 30. ἐξαρχῆς Aristoph. καταρχὰς Plut. in Solon. primùm. δεύτερα Herod. 11. 28. ἐκ δευτέρου Marc. 14. 72. secundùm. ἐκ τρίτου tertiùm Matth. 26. 44. &c. Τέλος Sophoc. τέλος δὲ Plato. εἰς τέλος Luc. 18. 5. τελευταῖον Æschin. τόδε ὅλον Xen. τὸ ξυνόλον Plato. denique. Μεταξυιχοὶ ordinatim Il. φ. 358. Ἑξῆς Luc. 7. 11. ἐφεξῆς Aristot. καθεξῆς Act. 3. 24. deinceps. Ὑστέρα 1 Cor. 12. 28. μεθέστερα Hebr. 12. 17. εἰσίστερα Sophoc. Ajax. deinde. Ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα Aristoph. Plut. 1. 1. 8. ἀλλ' ταῦτα μὲν περὶ ταῦτα Aristot. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτο Bud. hactenus.

Con-

Congregandi.

PRIMITIVUM. ἅμα Matth. 13. 29. ὁμοῦ Ioh. 20. 4. unà.
DERIVATUM. ἀγεληδὸν gregatim Iλ. π. 160. συλλήβδην summatim Aristot. πανοικὶ cum familiâ Act. 16.34. αὐτανδρὶ cum viris Polyb. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ Act. 2. 1. σὺν καὶ Nicand. Ther. v. 8. Poet. ἄμμιγα Apollon. Argon. lib. 1. simul.

Separandi.

PRIMITIVUM. Ἄνευ Matth. 10. 29. ἄτερ Luc. 22. 6. sine. νόσφι Anthol. χωρὶς Ioh. 15. 5. seorsim.
DERIVATUM. καταμόνας Marc. 4. 10. Poet. ἄνευθε Iλ. ψ. 378. ἀπάνευθε Iλ. α. 48. ἄτερθε Soph. Ajax. ἀπάτερθε Iλ. β. 588. ἄνδιχα Iλ. π. 412. διάνδιχα Iλ. α. 189. seorsim.

Particulæ Sermocinales.

DERIVATÆ. Ῥωμαϊστὶ Latinè, Βαρβαριστὶ Barbarè Plut. ῥήτως disertis verbis 1 Tim. 4. 1. παῤῥησίᾳ liberè Ioh. 7. 26. διαῤῥήδην Demosth. ἐπιῤῥήδην Apollon. Αργον. l. 2 clarè. Συντόμως concisè Act. 24. 4. αὐτολεξεὶ ad verbum Cic. 3 Tusc. Διὰ βραχέων Hebr. 13. 22. δι' ὀλίγων 1 Pet. 5. 12. paucis. Ὥστε ὅλον Plato de Leg. ὥστε τὸ σύνολον, ἐπίπαν Theophr. ἐπὶ κεφαλαίων, Συνελόντι Demosth. summatim.

Affirmandi.

PRIMITIVÆ. ναὶ Luc. 12. 5. ἦ Iλ. α. 77. certè, à verbo φῆ.
DERIVATÆ. ἀμὴν certè Joh. 10. 1. ὄντως Luc. 23. 47. τῷ ὄντι Plato de Rep. αὐτοχρῆμα Aristoph. reverà. πάνυ τοι Bud. πάνυγε Xen. πάνυ μενοῦν Plato omninò. Γεμὴν Xen. γεοῦν Bud. γοῦν Plato. γέτοι Xen. γετοιπου Plato. μένδη Dem. μέντοι Jacob. 2. 8. μέντοιγε Lucian. μέντοιπου Dem. μενοῦνγε Luc. 11. 28. μενῶν Herod. καὶ μάλα Xen. τοίνυν Demosth. καὶ τοι Hebr. 4. 3. καὶ μὴν, καὶ δὴ Demosth. ἦ καὶ Iλ. α. 63. ἦ μὲν Iλ. α. 77. ἦμεν Aristoph. Nub. ἦμένγε Plato. ἦπου Iλ. γ. 43. ἦτοι Iλ. α. 68. ἦτοιμεν Iλ. α. 140. sanè quidem.

Negandi.

PRIMITIVÆ. οὐ, οὐκ, οὐχὶ, μὴ, non.
DERIVATÆ. οὔτοι Plato. οὔτοιγε Aristot. μήτοι Bud. μήτοιγε Xen. non. Οὐ δῆτα Aristoph. οὐ μὴν Demosth. οὐ μὲν δὴ Xenoph. οὐ μέντοι Plato. οὔτοινυν Demosth. non sanè. οὔκουν neutiquam Plato. οὐδαμῆ Plato. οὐδαμῶς Ezech. 4. 14. οὐμὴ Marc. 14. 25. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Iλ. ε. 1. οὐδέπη Οδ. μ. 433. οὐδήπου, οὐτίπου, οὐ γὰρ ἄν που Plato. οὐχ' ὁπωσοῦν Aristot. πώμαλα Aristoph. Plut. 1. 1. Poet. οὐθὴν Iλ. β. 276. μήνυ οὐ Iλ. α. 28. nequaquam.

Prohibendi.

PRIMITIVÆ. μὴ ne Matth. 6. 7. εἰ si Psalm. 95. 11. per Elleipsin, nequaquam.
DERIVATÆ. μὴ γὰρ, μήγοιγε Demosth. μὴ δῆτα Demosth. μὴ γὰρ δὴ Bud. οὐ γὰρ δὴ Xenoph. μὴ γένοιτο Rom. 3. 4. absit.

Hortandi.

Hortandi.

DERIVATÆ. εὖγε euge Lucian. εἶα eia Iλ. η. 427. εἶεν, εἶεν δὴ Plato. δεῦρ' ἴθι adesdum. Iλ. γ. 130. δεῦτε adeste Matth. 4. 19. Ἄγε Plut. ἄγε δὴ Xen. ἴθι δὴ Plato. φέρε δὴ Dem. φέρε γὰρ Plato. φέρε τοίνυν Lucian. Poet. βάσκ' ἴθι Iλ. β. 8. age, vade age. ἄπαγε apage Philo. ὕπαγε abi Mat. 4. 10. ἄγε Jac. 4. 13. ἄγετε Xenoph. ἴτε Iλ. γ. 390. agite.

Optandi.

PRIMITIVÆ. εἰ ὃ si Plut.

DERIVATÆ. εἴθε Iλ. δ. 313. αἴθε Iλ. χ. 41. ὄφελον 1 Cor. 11. 1. ὡς ὄφελον Oδ. ξ. 274. εἰ γὰρ ὄφελον Plato. ὄφελόνγε 1 Cor. 4. 8. εἴθ' ὡς Oδ. ξ. 468. καὶ εἴθέ γε κἄν Lucian. ἀβάλε Anthol. utinam.

Demonstrandi.

DERIVATÆ. ἰδὲ Ioh. 11. 3. ἰδοὺ Aristoph. ἠνὶ Plut. 1. 2. ἠνίδε Anthol. ἠνίδου Callim. ecce.

Explanandi.

DERIVATÆ. δῆτα Xen. ἅτε Plato. δήπου, δήπουθεν Demosth. δῆθεν Bud. δηλονότι Plato. δηλαδὴ Aristoph. videlicet. τουτέστι Act. 1. 9. τοῦτ' ἔστι Rom. 9. 8. ὅ ἐστὶ Heb. 7. 2. id est. Φέρε εἰπεῖν Porphyr. οἷον δὴ λέγω Plato. exempli gratiâ.

Dubitandi.

DERIVATÆ. τυχὸν 1 Cor. 16. 6. τάχα που, ἴσως που Bud. τάχ' ἄν Iλ. α. 205. forsitan.

Poet. αἴκε Iλ. α. 207. αἴκεν Iλ. δ. 98. αἴκέν πως Iλ. α. 66. αἴκέ ποθι Iλ. α. 128. si fortè.

Interrogandi.

PRIMITIVÆ. ἆρα Aristoph. μῶν Ibid. an, num?

DERIVATÆ. πότερον utrum Ioh. 7. 13. Poet. τίπτε quare Iλ. α. 202. pro τίποτε.

Jurandi.

PRIMITIVÆ. νὴ Aristoph. Plut. 1. 2. 17. μὰ Iλ. α. 234. per. μὰ non per Aristoph. Plut. 1. 1. 22. ἦμην cum verbo ὀμνύω vehementiam addit apud Demosthenem; ὤμνυες ἦμην.

Particulæ Naturales, sive Passionum Eruptiones.

ὦ ὃ Aristoph. ὢ oh Iλ. α. 475. αἴ heu. ἆ hau Aristoph. ἅ, ἅ, ἅ, ha, ha, ha, Euripid. ἔ ἔ eheu Æschyl. πάπαι papæ Plato. ὦ πόποι proh Dii! Iλ. α. 254. φεῦ heu Anthol. οὐαὶ væ Matth. 11. 21. εὐοῖ evohe Demosth. pro coron. εὐὰν evan Pausan. πάππα compellatio patris Oδ. ζ. 57. μαμμᾶν matris Aristoph. Nub. ἄττα Anthol. τέττα Iλ. δ. 412. seniorum.

Con-

Conjunctio.

COPULATIVA. καὶ &. τὲ que. Poet. ἠδὲ & Il. α. 334. καὶ δὴ Demoſth. καὶ δὴ καὶ Plato. καίτοι καὶ Plut. καὶ μὲν δὴ καὶ Iſocrat. καὶ μέντοι καὶ Demoſt. ἀλλὰ δὴ καὶ Liban. Poet. καίγυ Heſiod. atque etiam. μηδὲ Lucian. μήτε Luc. 9. 3. ὐδὲ Matth. 9. 17. ὔτε Act. 25. 8. nec, neque.

CONTINUATIVA. καὶ πρὸς Plato. πρὸς δὲ Demoſt. πρόσγε Plato. προσέτι Herod. ὅτι δὲ Apollon. ὅτί τε Thuc. ἔτι δὲ Plato. ἔτι τοίνυν Demoſth. καὶ ἔτι πρὸς τούτοις Demoſth. ὅτι πᾶσι τούτοις Luc. 16. 26. καίτοι καὶ τοῦτο Demoſth. præterea.

DISJUNCTIVA. ἢ Marc. 7. 11. Poet. ἠὲ Il. α. 146. vel.

DISCRETIVA. πλὴν Ariſtoph. ἀλλὰ Rom. 5. 14. Poet. ἀτὰρ Il. α. 166. αὐτὰρ Il. α. 333. ſed. ἀλλ' ἔν Demoſth. ἀλλ' ἔν γε Ariſtot. ἀλλάμεν Lucian. ἀλλάγε Bud. ἀλλὰ καὶ Xenoph. ἀλλά τοι, ἀλλὰ μήτοι Plato. ἢ μὴν ἀλλάγε Iſocrat. ἢ μήτοι ἀλλὰ, ἢ μήτοι ἀλλάγε Plato. πλὴν ἀλλὰ Lucian. πλὴν καὶ Ariſtot. veruntamen. Poet. ἠέπερ quàm Il. α. 260.

CAUSALIS. ὡς 1 Pet. 1. 19. ἵνα Joh. 16. 1. ὥςτε Ariſtoph. Poet. ὄφρα Il. α. 147. ut. γάρυ, γάρυτοι, γάρτε Heſiod. γάρτοι, γάρτε Xenoph. γὰρ ἀδ Demoſth. μὴ γὰρ Thuc. γὰρ δὴ, γὰρ δήπου Plato. etenim. ἐπεὶ Luc. 1. 34. ὅτι Joh. 8. 44. ὅτι τοι Plato. διὰ 2 Pet. 1. 20. διότι Luc. 1. 13. διόπερ 1 Cor. 8. 13. διὸ καὶ Plato. ἀνθ' ὧν Luc. 1. 20. ἀνθ' ὅτε Demoſt. ἐφ' ὅτῳ Lucian. Poet. ἐπεὶ Il. α. 156. ὁππὶ, ὁππῆ Ariſtoph. quoniam.

CONDITIONALIS. εἰ Matth. 4. 3. ἄν Ioh. 20. 23. ἐάν 1 Tim. 3. 15. ἤν Il. α. 90. εἴγε Od. ε. 206. εἴπερ 2 Theſſ. 1. 6. εἰ δὴ Il. α. 294. ἤνπερ γε Xenoph. ἐάνπερ Heb. 6. 3. ſi. ἐπειδὴ Luc. 11. 6. ἐπείπερ Rom. 3. 30. ἐπειδήπερ Luc. 1. 1. ἐπείτοι Demoſth. Poet. εἴκε Il. ε. 131. εἰ δίκε Od. ξ. 398. ἐπείκε Od. λ. 220. quandoquidem. ἐὰν δὲ δὴ Ariſtoph. Nub. κἄν εἰ Ariſtoph. quod ſi. εἰ μὴ Rom. 9. 29. εἰ δὲ μὴ Joh. 14. 2. εἰ δὲ μήγε Mat. 6. 1. εἰ μή περ γε Ariſtoph. Nub. ἤν μὴ Thuc. ἐὰν δὲ μὴ Ariſtoph. Nub. ὅτι μὴ Plato. ἀλλ' εἰ μὴ Plut. πλὴν εἰ Plato. πλὴν ἐὰν Iſocrat. πλὴν ὅτι Ariſtoph. πλὴν ἄν Plato. πλὴν ἀλλ' ἤ Ariſtot. πλὴν εἰ καὶ Lucian. niſi. πλὴν εἰ μὴ Theophr. πλὴν ἄν μὴ Plut. πλὴν ἐὰν μὴ Theophr. ἀπὸς εἰ μὴ Lucian. ſin minus.

ILLATIVA. ἄρα Matth. 12. 28. ἦν 1 Cor. 6. 15. ἄρα ἦν, ἄρ' ἦν Plato. ἦν ἄρα Philo. ἄραγε Mat. 7. 20. τοίνυν Luc. 20. 25. τοιγαροῦν 1 Theſſ. 4. 8. τοιγάρτοι Iſocrat. διὰ τοῦτο Matth. 12. 31. Poet. τώ Il. δ. 410. igitur.

ADVERSATIVÆ. κἄν Joh. 8. 14. κἤν Anthol. καίτοι Phil. 3. 4. καίτοι Plato. εἰ καὶ Ariſtot. ἤν καὶ Anthol. Poet. πὲρ Iλ. α. 131. quamvis. ὅμως 1 Cor. 14. 7. μὰν Plato. ὅμως δὲ Demoſth. ὅμως μὰν Bud. ὅμως μήτοι Joh. 12. 42. ἀλλ' ὅμως Demoſth. Poet. ἔμπης Iλ. α. 562. ἔμπας Sophoc. tamen.

CORRESPONDENTES. μὲν, δὲ quidem, verò Matth. 9. 28. *poſt omnes dictiones.* μὲν *priori loco ſemel,* δὲ *poſteriori ſæpius adhæret*; Ariſtoph. Plut. act. 1. ſc. 2. v. 106. μὲν; 107. ἤ, 108, 109, 110, 111. τὲ, τὲ que, que Iλ. α. 544. τὲ, καὶ &, & Hebr. 2. 11. τὲ *ſemel,* καὶ *ſæpius ponitur.* ὁ μὲν, ὁ δὲ Matth. 9. 38. τὸ μὲν, τὸ ἤ. τὰ μὲν, τὰ ἤ Bud. τῇ μὲν, τῇ ἤ Ariſtot. τοῦτο μὲν, τοῦτο ἤ Demoſth. ποτὲ μὲν, ποτὲ ἤ Bud. partim, partim. ἐκ μὲν τοῦ ὅτι διάτερα, ἐκ ἤ τοῦ ὅτι διάτερα. ὅτι τὰ ἤ μὲν, ἐπ' ἐκεῖνα ἤ. ὅτι διάτερα μὲν, ὅτι διάτερα ἤ Bud. ultra, citra. μᾶλλον, ἤ potiùs, quàm Iſocrat. πρὶν, ἤ Act. 7. 2. priùs, quàm. μὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ non ſolùm, ſed etiam Xenoph.

Vox quævis ſolet in formam tranſire rogandi,
Cum variante tono tamen, & cum diſpare puncto.
Veſtri. Cujus veſtri? Pamphili. Pamphili? *Ter. Andr.*

Eſt etiam, triplici à ſenſu, vox digna notatu,
Infinito, Inter-*que*-roganti, Reddi-*que*-tivo.

ὅτε quando Luc. 4. 25. πότε quando? Mat. 25. 39. τότε tunc Act. 1. 12.
ὅθεν unde Matth. 12. 44. πόθεν unde? Mat. 13. 27. τόθεν indè Apol. Arg. 2.
ὅθι ubi Od. ξ. 73. πόθι ubi? Iλ. ν. 630. τόθι ibi Od. ο. 239.
ὁσάκις quoties 1 Cor. 11. 25. πόσακις quoties? Matth. 23. 37. τόσακις toties Anthol.
ἡνίκα quando 2 Cor. 3. 15. τηνίκα quando? Ariſtoph. τηνίκα tunc.

Forma Adjectivi tripla vult pari in ordine poni.

ὅσος quantus Apoc. 21. 16. πόσος quantus? Luc. 15. 17. τόσος tantus Iλ. β. 120.
οἷος qualis Matth. 24. 21. ποῖος qualis? Luc. 5. 19. τοῖος talis Iλ. γ. 46.

SYN-

SYNTAXIS.

REgulat appoſitas Syntaxis congrua voces:
Pars eſt *Concordantia*; parſque *Regentia* vocum.
Dicta triplex; cum ſit tantùm Concordia duplex:
Et *Verbum* Subſtantivo unit, & *Adjectivum*.
Sic Regimen pariter duplex; *Caſûſ*que, *Modi*que eſt.
Nec ſolæ *Partes*, ſed *Particulæ* quoque præſtant
Officium *Concordandi*, officiumque *Regendi*.

Concordantia.

Reg. 1ª.

[1] Verbum, *perſonâ* & *numero*, cum nomine recto
Concordat. [2] *Genere*, & *numero*, *caſu*que cohæret
Cum Subſtantivo Adjectivum; utì mobile fixo:
[3] Nec vinclum concors Vocum interruptio ſolvit.
[4] Prima ſolet perſona, ſecundaque ſæpe ſileri; &
Tertia, ſi repetenda ſit; [5] Articuluſve ſequatur;
[6] Aut ſi vox facilè in verbi ſit cognita ſenſu;
Nempe *homines*, vel *homo*: vel [7] verbum *Subſtantivum*.

[1] Mons parturit, naſcitur mus *Adag.* [2] Mala mens, malus animus *Ter.* [3] Nemo ſaltat ſobrius *Cic.* [4] Si dixeris, æſtuo, ſudat *Juven.* [5] Bene vixit, qui bene latuit *Adag. i. e.* ille. En dextra, quem aiunt portare penates *Virg. i. e.* illius. [6] Ità aiunt, ità prædicant *Ter.* [7] Homo bulla *Adag.* quot homines, tot ſententiæ *Ter.*

Reg. 2ª.

[1] Singula *Græciſmus Neutris* pluralibus *addit*
Verba; [2] Duali *itidem duo* Singula *Nomina verbo*.
[3] Unus, & εἷς *cum Plurali numero*; εἴκοσι *Primo*.
Nec *numero*, *genere*, *aut caſu vult Attica ſtringi*
Syntaxis: *conjungit enim* [4] plurale duali;
[5] Maſculeum *cum* fæmineo; [6] *cum nomine* recto
Quintum *etiam caſum*: *tripla ſic concordia diſcors*.

[7]*Substantivum aliquando struit cum Substantivo,*
Tanquam Adjectivum, Syntaxis: [8]Rara Latinis.

[1]οὐκ ἀρετᾷ κακὰ Οδ. θ. 329. [2]διαστήτην ἐρίσαντε Ἀτρείδης τε καὶ Ἀχιλλεὺς Ιλ. α. 6. [3]viginti unus. εἴκοσι καὶ ἑνὸς ἐνιαυτῶν 2 Reg. 24. 18. εἴκοσι καὶ μίαν ἡμέραν Dan. 10. 13. [4]ὀφθαλμῶν δυοῖν Arist. νὼ δ' ἔξιμεν Sophoc. πᾶσα Ἱεροσόλυμα Matth. 2. 3. πλῆθος στρατιᾶς αἰνούντων. Luc. 2. 13. [5]ζωὴ αἰώνιος Rom. 6. 23. ἄμφω τούτω ἡμέρα Xenoph. φίλε τέκνον Ιλ. χ. 84. ἱππότα Νέστωρ Ιλ. β. 336. [6]ὕβριν ἀνέρα τιμήσουσι Hesiod. [7]ficus anus. Plin. *i. e.* annosa.

Reg. 3ª.

[1]Congruit Articulus, *duplici ratione*, relatus;
Tanquam Adjectivum cum Nomine, quod *præit*; atqui
Casum, à voce *sequenti* se prope, sumere gaudet.
[2]Articulus sed præposito postponitur aptè.
[3]Si Substantivo Syntaxeos ordo relatum
Præstituat, ligat articulus sibi substantivum.
[4]*Hic* propius notat è binis, distantius *Ille*.
[5]*Græca sui casum Syntaxis Substantivi,*
Quod præit, Articulo apponit; neque rarior usu.
Præpositivus ὁ voci, cui præfigitur, affert
[6]Emphasin; *& ponit* [7]discrimen; *obitque* [8]relati
Nominis *officium*; *&* [9]textum *Syntaxeos ornat.*
Subnuit & [10]rem, *&* [11]personam, *sine nomine creber.*
Quin cum præposito & casu, pro [12]nomine *servit.*
Respondet [13]*voci* (hic) ὁ μὲν, (ille) ὁ δὲ; *Græca Latinæ.*

[1]Jovis stella, quæ dicitur Phaeton *Cic.* [2]nymphæ, cum quibus illa choros agitabat *Virg* [3]populo ut placerent, quas fecisset fabulas. Eunuchum quem dedisti nobis, quantas turbas dedit *Ter.* [4]Agricolæ contrarium est pastoris propositum; ille fructum e terrâ sperat, hic e pecore *Columel.* [5]μνημονεύετε τοῦ λόγου οὗ εἶπον Ioh. 15. 20. [6]ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος Ioh. 1. 1. ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς Ioh. 10. 11. [7]Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς Mat. 3. 1. [8]Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου Mat. 10. 3. [9]διεστώσας εὑρήσομεν τάς τε τῶν σπουδαίων γνώμας, καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας Isocrat. [10]τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ τοῦ Καίσαρος Mat. 22. 21. [11]τάδε λέγει ὁ Ἀμὴν Apoc. 3. 14. [12]πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν Ioh. 11. 19. [13]οἱ μὲν τοὺς φίλους παρόντας μόνον τιμῶσιν, οἱ δὲ καὶ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσι Isocrat.

Reg. 4ª.

[1]Neutrum Adjectivum; [2]sermonis clausula; vel vox
[3]Technica; [4]flecti & nescia; vel modus [5]Infinitus;
Vim Substantivi similem consciscit & usum:

[6]Queis

[6]Queis Græci Articulum ſoliti præponere neutrum.
[7]Maſculeum vel [8] fœmineum ſine ſubſtantivo
Sæpius occurrit, ſupplente vocabula ſenſu.
Si verbum excipias titulo ſub nominis uno
Syntaxis cenſet, quicquid *variabile caſu* eſt.

[1]Omnia Cæſar erat *Lucan.* quantum nummorum, tantum fidei *Juv.* [2]à cœlo deſcendit Γνῶθι σεαυτὸν *Juv.* [3]*Arma, Virum*, nonne hoc ſpumoſum? *Perſ.* [4]clarum manè feneſtras intrat. Euge excute totum *Perſ.* [5]ſcire tuum nihil eſt *Perſ.* [6]τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας 1 Cor. 14. 25. τὸδ' ὑμεῖς ὅταν ἔιπω Demoſth. [7]amicus alter idem *Adag.* rari quippe boni *Juv.* [7]jam defeciſſet calda miniſtros *Mart.*

Reg. 5ª.

[1]Subſtantiva *rei ejuſdem*; & [2]vox quæ *rogat*, & quæ *Reſpondet*; pariter caſu nectuntur in uno:
[3]Mutat *reſponſi* interdum altera regula caſum.
[4]Quæſtio per *cujum*, genitivo ſolvitur; [5]at ſi
Facta per *obliquum cujus*; *meus*, & *tuus*, & quot
Talia, redduntur vocis, cui propria, caſu.
[6]Verbum aliquod quoties, [7]Adjectivumve locatur
Inter Subſtantiva, quibus numeruſve, genuſve
Diverſum eſt; rectè utrumvis concordat utrivis.
[8] In Poſſeſſivis ſua Primitiva lateſcunt
Sæpius; Adjectiva quibus collata ligantur.
[9]*Paſſio*, vel *Subſtantivi Pronominis* uſus,
Uſque [*mei* &c.] tantùm; [10]*poſſeſſio* ſed [*meus* &c.] optat.
[11]*Iſte* frequens vituperii nota, laudis & *ille* eſt.
[12]*Vult communi uſu Pronomen Poſſeſſivum*
In Primitivi Genitivum vertere Graius.
[13]Sic Poſſeſſivo eſt, vice Principis, uſa Poeſis.

[1]Marcus Tullius Cicero Conſul *Cic.* [2]quid meritus es? crucem. annon dixi? dixiſti *Ter.* [3]quanti ſtetit? multis minis *Plaut.* [4]cujum pecus? Ægonis *Virg.* [5]cujus codex? meus, noſter *&c.* [6]quid niſi vota ſuperſunt? *Ovid.* [7]animal plenum rationis, quem dixere hominem *Cic.* [8]paupertas onus viſum eſt *Ter.* [9]noſtros vidiſti flentis ocellos *Ovid.* laudabant meas fortunas qui haberem *Ter.* veſtrâ, qui dixiſtis, hoc maximè intereſt *Cic.* meâ unius operâ. meum ſolius peccatum. voluntati veſtræ omnium pareo *Cic.* [9]cæcus amor ſui *Hor.* [10]quiſque ſuæ faber fortunæ *Hor.* [11]iſtum æmulum pellito *Ter.* Tu Maximus ille es *Virgil.* lib. 6. [12]Πάτερ ἡμῶν Mat. 6. 9. [13]Arma Dei Vulcania *i.e.* Vulcani *Virg.* ut facilè ſcires deſiderio id fieri tuo. *i. e.* tui *Ter.*

Regimen.

Reg. 1a. Nominativi.

[1]*Substantivum*, seu [2]*Passivo* ex ordine, Verbum
Adsciscit post se rectum; si non sit *Agentis*.

[1]Ira est furor *Hor.* [2]cur ego salutor Poeta *Hor.* ego incedo Regina *Virg.*

Reg. 2a. Accusativi.

Proprius Activis Accusativus adhæret
Omnibus; aut [1]*solus*, comes aut cum *complice* casu.
Nonnullis quartum *persona* reduplicat, & *res*:
Qualia verba [2]*rogo*, [3]*doceo*, [4]*induo*, & [5]*exuo*, [6]*celo*.
[7]Ex duplici activo adsciscunt passiva remotum.
[8]*Hoc*, *quod*, *id*, *unum*, & plura solent neutralia verbis,
Cum quovis socio, superaddi hærentia, casu.
Plura duplum per Epexegesin habentia casum;
Ut [9]*facio*, [10]*statuo*; [11]& similis non paucula classis.
Verba etiam accipiunt quartum *Neutralia*, sensu
Cognato; ceu [12]*vivere vitam*, & [13]*olere lucernam*.
[14]*Juro* sibi quartum, per quem juratur, adoptat.
Omnia casu effert quarto ferè verba *Vetustas*;
Ut [15]*potior*, [16]*vescor*, [17]*fungor*, sic [18]*utor*, [19]*adulor*,
Et [20]*parco* & [21]*noceo*: Comœdi his plura ministrant.
[22]Dico, *vel* [23]facio *quartum*, *cum voce notanti*
Vel bene *vel* malè, *seu* res *seu* persona *sit*, *optat*.

[1]Veritas odium parit *Ter.* [2]posce Deos veniam *Virg.* [3]cur te literas doceo? *Cic.* [4]induit se calceos, quos priùs [5]exuerat *Ter.* [6]celo te hanc rem *Ter.* [7]rogatur sententiam *Cic.* doceri motus Ionicos *Hor.* [8]hoc unum vos oro. quod te obtestor. id operam do *Ter.* [9]facio te Deum *Ter.* [10]quem regem constituerat *Cæs.* [11]victorem appellat Acesten *Virg.* [12]Bacchanalia vivunt *i. e.* vitam Bacchantium *Juv.* [13]olet lucernam *i. e.* odorem lucernæ *Adag.* [14]juro Deos *Mart.* ὁρκίζω ὑμᾶς κύριον 1 Thess. 5. 27. [15]potiri commoda *Ter.* [16]vesci lauros *Prop.* [17]fungi officium. [18]abuti operam *Ter.* [19]adulari furem *Col.* [20]parcere pecuniam; [21]nocere hominem *Plaut.* [22]ἀπόνοια κακῶς λέγειν, παρόνοια καλῶς Epigr. [23]τὸς μισοῦντας καλῶς ποιεῖν Mat. 5. 44.

Geni-

Reg. 3a. Genitivi.

Memb. 1. poſt Subſtantivum.

[1]Nomina ſi duo concurrant in diſpare ſenſu,
Poſterius ſolet in caſu ſervire ſecundo.
[2]Eſt, ubi ſubſequitur duplex in duplice ſenſu.
[3]Adjectiva ſuum Pluralia Subſtantivum
In caſu quandoque volunt variare ſecundo.
[4]Nomen amat, cui nexa relatio, ſæpe Dativum.
[5]*Laus* vult, & [6]*vituperium* ſe jungere ſexto;
[7]Communi tamen ambo ſolent gaudere ſecundo.
Quin & Sum, ſi ſubnuitur [8]*poſſeſſio*, vel ſi
[9]*Officium*, ſibi vult caſum ſociare ſecundum.

[1]Heſperidum mala *Adag.* [2]quæ ſit querela hominum frontis tuæ *Cic.* [3]nigræ lanarum *Plin.* σπουδαῖοι τῶν γονέων Iſocr. Cæli convexa *Virg.* [4]Urbi pater *Lucan.* [5]homo antiquâ virtute *Ter.* [6]es nullâ fide *Cic.* [7]Lentulum eximiâ ſpe, ſummæ virtutis adoleſcentem *Cic.* [8]me Pompeii eſſe ſcis *Cic.* [9]Adoleſcentis eſt *Cic.*

Memb. 2. poſt Adjectivum.

Gignendi inducunt caſum Adjectiva [1]*timoris*,
[2]*Notitiæ*, & [3]*deſiderii*, & queis [4]*cura* notatur,
[5]*In*-que-*nocentia*, [6]*parſi*-que-*monia*, queisve [7]*poteſtas*,
Queiſve [8]*memoria*: quæque his ſunt contraria dictis.
[9]Part'cipium, ſi ſumatur pro nomine, caſum
Ignotum verbo, Genitivum rite gubernat:
Adjectivum & in [10]*-ax*; [11]*partitivé*que recepta
Nomina, uti [12]*numerale*, [13]gradus duo *com*-que-*parandi*:
Vox etenim *partis*, Genitivum *totius* effert.
Græca pares caſus; *item* [14]-ικὸς *vel* -[15]τήριος *optant.*

[1]Timidus Deorum *Ovid.* impavidus ſui *Claud.* [2]gnarus rei-publicæ. ignarus officii *Cic.* [3]cupidus pacis *Hor.* faſtidioſus literarum *Cic.* [4]ſtudioſus eloquentiæ *Quint.* negligens amicorum *Tac.* [5]integer vitæ *Hor.* avaritiæ reus *Cic.* [6]æris ſui parcus, alieni prodigus *Sall.* [7]ſui potens, iræ impotens *Liv.* [8]memor ſui, meriti non immemor *Virg.* [9]fugitans litium *Ter.* patiens inediæ *Sall.* [10]tempus edax rerum *Ovid.* [11]quisquis Deorum *Ovid.* [12]ſapientum octavus *Hor.* [13]major juvenum *Hor.* placidiſſime ſomne Deorum *Ovid.* [14]φρενῶν ποιητικὸς Anthol. [15]εὐχαὶ λυτήριαι δειμάτων Ariſtot.

Memb. 3. poſt Verbum.

[1]Junge *rei monitæ* genitivo verba *monendi*;
Verba etiam, quibus eſt vehemens affectio mentis;
Ut [2]*vereor*, [3]*faſtidio*, [4]*miſereor*, [5]*miſereſco*;
[6]Plura, per Elleipſin queis rectrix *cauſa* ſiletur:
[7]Senſûs *verba ligat Syntaxis Græca ſecundo*;
[8]*Impropriè quarto*, [9]*propriè ſed verba* videndi.
Hæc; [10]parco, [11]excello, [12]incipio, [13]appeto, [14]deſino, [15]ſedo,
[16]Impero, [17]differo, [18]diſto, [19]deerro; *pluraque caſu Græcè freta ſecundo*: [20]Participoque *Latinè*.

[1]Adverſæ res admonent religionum *Liv.* [2]neque hujus non ſis veritus fœminæ *Ter.* [3]faſtidit mei *Plaut.* [4]miſerere laborum. [5]miſereſcite regis *Virg.* [6]lætor malorum *Virg.* Miror juſtitiæ *Virg.* θαυμάζω δυνασδόνλων Iſocr. [7]αἰδάνομαι ψόφυ Ariſtoph. ἤκυσα φωνῆς Act. 22. 7. ὀσφραίνε) ὄιυ Anth. ἐχθύων μὴ γδίεδς Pythag. γυναικὸς μὴ ἅπλεδς 1 Cor. 7. 1. ἠδεὶς πώποτε Σωκράτες ἠδὲν ἀσεβὲς ἢ ἀνόσιον ἔργον εἶδεν Xenoph. [8]ἤδετο τὸ σῶμα Demoſth. ἤκυσα φωνὴν Act. 26. 14. ὀσφραίνε) κρέας Ariſtoph. ἐγδύσατο τὸ ὕδως Ioh. 2. 9. κὰ διάπλετο δῆρον Agna Il. o. 127. [9]ἰδεῖν τ θάνατον Luc. 2. 26. [10]φείδεο σίτυ Heſiod. [11]Παλαμήδης ὑπερέχε πᾶν ἐφ' ἑαυτῆ σοφίᾳ Xen. [12]ἄρχομαι λόγυ Demoſth. [13]εἴπις ὀπιπόπης ὀρέγε) 1 Tim. 3. 1. [14]πάυαι) ἁμαρτίας 1 Pet. 4. 1. λῆγ' ἔριδ Ιλ. α. 210. [15]παύω σε τ ὕβρεως Iſoc. [16]ἄρχειν πᾶν ἐθνῶν Marc. 10. 42. [17]ἀσὴρ ἀσέρος διαφέρει 1 Cor. 15. 41. [18]διέχει τ ἠπείρυ Thuc. [19]διαμῶτάνω τ ὁδᾶ Thuc. [20]ſervum ſui participat conſilii *Plaut.*

Reg. 4ª. Dativi.

Voces ſubnectunt, ſenſu poſcente, Dativum
Flexilium; quibus eſt [1]*collatum* aliquid vel [2]*ademptum*;
Voces nempe, ſubeſt queis ſignificata [3]*voluptas*,
[4]*Utilitas*, [5]*bonitas*, [6]*favor*, [7]*auxilium*, [8]*unio*; queis [9]*fi-*
-ducia, [10]*com-*que-*paratio*, & [11]*iracundia*, [12]*pugna*,
[13]*Imperium*, [14]*vicinia* & [15]*æquiparatio*, & [16]*apti-*
-tudo, & [17]*declaratio*: vel contraria ſenſu.
Pauca regunt quartum, ut [18]*lædo*, [19]*offendo*, [20]*juvo*, caſum.
Verba itidem [21]*dandi* ſenſum referentia; [22]*mitto*;
[23]*Debeo*, [24]*ſolvo*: vel [25]*dicendi*; [26]*blandior*, [27]*opto*:
[28]Plura notæ alterius, ratio quæ monſtrat & uſus.

[1]Mihi

[1]Mihi nec ferítur nec metítur *Plaut.* uxori nubere nolo *Mart.* [2]mihi & tibi & aliis dempſeris moleſtiam *Ter.* [3]non diſplicuiſſe meretur, feſtinat, Cæſar, qui placuiſſe tibi *Mart.* [4]cibus utilis ægro. Neve mihi noceat, quod vobis ſemper, Achivi, profuit ingenium *Ovid.* [5]ſis bonus tuis *Virg.* ingenio fama maligna *Ovid.* [6]æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit *Ovid.* [7]opitulari rei-publicæ *Cic.* damnoſus pecori *Ovid.* [8]humano capiti cervicem jungere equinam *Hor.* ne vita orationi diſſentiat *Cic.* [9]fidere nocti *Virg.* prudentiæ diffidere *Cic.* [10]parem verbis vitam agere *Cic.* fortuna impar animo *Ovid.* [11]hominibus iraſci *Cic.* peccanti mitis *Stat.* [12]pugnare amori *Virg.* num tali viro pacatus? *Cic.* [13]egomet mihi imperavi *Ter.* cupiditatibus ſervire *Cic.* [14]falſa veris finitima *Cic.* miniſterio ſceleris me removi *Ovid.* paulùm ſepultæ diſtat inertiæ celata virtus *Hor.* [15]æqualis dactylo ſpondæus *Cic.* [16]o hominem mihi ſemper aptum! *Cic.* [17]aperi nobis ænigma *Plaut.* nolo vobis claudi commodum *Ter.* [18]numina læſit *Ovid.* [19]offendunt nunquam thura preceſque Jovem *Mart.* [20]Audentes fortuna juvat *Virg.* [21]do tibi naumachiam *Mart.* [22]tibi mitto ſalutem *Ovid.* [23]vitam tibi debeo *Ovid.* [24]funeri paterno juſta ſolvere *Cic.* [25]dic mihi, Muſa, virum *Hor.* [26]tibi blandior uni *Ovid.* [27]vovere Deo *Liv.* [28]id quod antea petenti denegaverat, ultro pollicebatur *Cic.* fortunæ laqueum mandare *Juven.* fructus non reſpondet labori *Ovid.* literas tibi fero *Plaut.* rus tibi vendo tuum *Mart.* regum eſt parcere ſubjectis *Virg.*

Vocibus annectit [1]*ratio paſſiva* dativum;
Sic, quæ proveniunt à verbis, in [2]*-bilis* & [3]*-dus*:
Græcorum pariter finales in [4]*-τέον* & [5]*-τὸς*.
[6]Verbum *ſum*, ſenſu quoties effertur *habendi*,
Junge Dativo; & ſi [7]*laudi* [8]*probróve* ligetur,
[9]*Lucro* vel [10]*damno*, gaudet geminare *dativum*.
Sic [11]*habeo*, [12]*duco*, [13]*do*, [14]*verto*: Plura leguntur.
[15]Pronomen caſu inſeritur, ſine lege, Dativo.

[1]Honeſta bonis petuntur *Cic.* [2]flebilis omnibus, nulli flebilior quàm tibi *Hor.* [3]ſpectandæ vobis an exigendæ fabulæ *Ter.* [4]βαδιστέον μοι Plut. [5]ζητητὸν ἀνθρώποις Sophocl. [6]eſt mihi domi pater *Virg.* [7]id ſibi an laudi putat fore? [8]ea res mihi infamiæ eſt *Ter.* [9]ſapienti lucro eſt ſumptus *Plaut.* [10]exitio eſt mare nautis *Hor.* [11]me tibi habes deſpicatui *Plaut.* [12]laudine an vitio duci factum oporteat *Ter.* [13]veritus ne ſibi crimini daretur *Cic.* [14]timuit ne ſibi quis vitio verteret *Hor.* [15]ſuo ſibi hunc jugulo gladio *Ter.*

Reg. 5ª. Ablativi.

[1]*Cauſa*, [2]*modus*ve, vel [3]*inſtrumentum*, unde *actio* prodit,
Vocibus adduntur caſu, *auxiliaria*, ſexto.
Sic [4]*pretium* [5]*exceſſus*que rei; ſic indita [6]*forma*,
[7]*Quali*-que-*tas*, ſeu [8]*circumſtantia*, ſive *character*,
Queis *res* vel *perſona* affecta eſt, ſive notata.

[9]A

[9]A nullâ *Subſtantivum* ſi voce regatur,
Cum participio ſe ponit in Ablativo.
[10]Part'cipio interdum omiſſo, vel [11]Subſtantivo:
[12]Congruit & verbo perſona, repoſtaque ſexto eſt.
[13]Poſcit, dempto *quàm*, gradus is, qui comparat; ut vox
Proximior, ſexto caſu conjuncta, ſequatur.
Vox [14]*tripla ſe graduum in Syntaxi mutua ponit.*
[15]*Naſcendi* verbum ſexto hæret, cui fit origo.
Regula, pro caſu [16]abſo-*que*-luto, [17]com-*que*-parato,
Caſu & [18]naſcendi, *genitivum Græca gubernat.*
[19]*Uſus*, [20]*opus*, [21]*fungor*, [22]*fruor*, [23]*utor*, [24]*gaudeo*, [25]*lætor*,
[26]*Nitor*, [27]*glorior*; hæc & [28]plura regentia ſextum.

[1]Trepidare metu *Virg.* [2]celeritate geſtum eſt *Cic.* [3]digito compeſce labellum *Juv.* [4]ſtetit multo ſanguine. centum talentis *Liv.* [5]quanto doctior, tanto ſubmiſſior *Cic.* [6]bonâ formâ *Ter.* [7]homo ornatiſſimus loco, ordine, virtute, ingenio, nomine *Cic.* [8]conſilia primâ ſpecie læta, tractatu dura, eventu triſtia *Liv.* major natu *Ter.* [9]ſæpe premente Deo fert Deus alter opem *Ovid.* [10]nil deſperandum eſt Teucro duce & auſpice Teucro *Hor.* ἐμοῦ μόνης Sophoc. [11]ὕσαι & Ariſtot. [12]te volente miſiſti *Quint.* te vidente, vides *Plaut.* [13]tunica pallio propior *Ter.* [14]μεῖζον τὸ μὴ ζῆν, ἢ ζῆν ἀθλίως Menand. πρῶτός μου ἦν Joh. 1. 15. μεγάλη ἐντολὴ Matth. 22. 38. [15]patre certo naſci *Cic.* [16]ἐκβληθέν & τοῦ δαιμονίου ἐλάλησεν ὁ κωφός Mat. 9. 33. [17]κρείσσων ἀνὴρ μακρόθυμος τοῦ ἰσχυροῦ Prov. 16. 32. [18]Τελαμώνιος ἐγεννήθη ὁ Αἴας Iſoc. [19]nunc viribus uſus. [20]nunc animis opus *Virg.* [21]fungor munere *Cæſ.* [22]fruor ingenio *Ter.* [23]uti foro *Ter.* [24]ſanguine gaudere *Ovid.* [25]lætari ſec'lo *Virg.* [26]ſpe nitor *Cic.* [27]gloriari nominibus veterum *Cic.* [28]non me dignor honore *Virg.* viri apud majores noſtros ob virtutem honore dignati ſunt.

Regimen caſuum variorum.

Reg. 6ª. Accuſativi vel Genitivi.

Verba ['*oblivi*ſ*cor*, [2]*memini*, [3]ſimilique notatu
Cætera] quartū aliquando regunt, aliquando ſecundum.

[1]Oblitus ſum mei *Ter.* obliviſcere Graios *Virg.* [2]dulce eſt meminiſſe laborum *Virg.* numeros memini *Virg.* [3]recordor meriti; triumphos *Cic.*

Dativi vel Genitivi.

His ['*ſimilis*, [2]*proprius*, [3]*communis*, [4]*diſſimilis*que,
Et [5]*contrarius*] adde Dativum, aliquando ſecundum.

[1]Non lac lacti ſimilius, quàm hic tui, tuque hujus *Plaut.* [2]tempus mihi proprium. libertas propria humani generis *Cic.* [3]mare commune omnibus *Plaut.* commune eſt omnium artium *Cic.* [4]ſuo generi diſſimilis *Sen.* diſſimilis ſui *Cic.* [5]voluptas honeſtati contraria. vitia virtutum contraria *Cic.*

Genitivus

Genitivi vel Ablativi.

[1]*Accuſo*, [2]*abſolvo*, [3]*damno*, tria verba ſecundum
Admittunt *culpæ* aut *pœnæ*; [4]generalius & cùm
Sit nomen *ſceleris*, ſexto conceditur uti.
[5]*Copia* queis inerit, contrà vel [6]*inopia*, caſum
Sextum ſæpius illa præoptant, illa ſecundum:
Quin ambos in utriſque regendos ſuggerit uſus.
[7]*Æſtimo*, [8]*vendo*, [9]*emo*, [10]*conſto*, [11]*habeo*, [12]ſimiliſq; farinæ
Plura ſolent caſum ſibi conciliare ſecundum
Sæpius Adjectivi, ſextum Subſtantivi.
[13]*Dignus* & [14]*indignus*, [15]*potior*que adſciſcere ſextum
Præcipuè cupiunt, non averſata ſecundum.
[16]Sortior, [17]accuſo, [18]damno, [19]abſolvo, [20]impleo, [21]privo,
[22]Conſequor & [23]fruor, & [24]contemno, [25]negligo, [26]curo,
Quartum aliquando regunt pro caſu Græca ſecundo.

[1]Accuſare conjurationis; criminibus *Cic.* inſimulo avaritiæ *Ter.* criminibus *Ovid.* [2]abſolvere injuriarum *Cic.* ſuſpicione *Liv.* [3]condemnat ſceleris generum ſuum. condemnabo eodem te crimine *Cic.* damnatus laboris *Hor.* mortalitate *Senec.* capite *Cic.* [4]Milo ſcelere ſolutus eſt *Cic.* [5]divitiis abundat *Ter.* lactis abundo *Virg.* plenus honoribus *Plin.* plenus rimarum *Ter.* [6]eget auxilio *Ovid.* indigeo patris *Ter.* curis vacuus *Cic.* tempus vacuum laboris *Ter.* [7]æſtimo magni *Cic.* flocci *Plaut.* unius aſſis *Catul.* tribus denariis *Cic.* [8]vendere pluris *Hor.* auro *Virg.* [9]emo pluris *Juvenal.* denario *Cic.* vili *Plaut.* [10]conſtat minoris *Cic.* auro *Plaut.* [11]habere penſi *Tacit.* odio *Plaut.* [12]licet pluris *Hor.* parvo precio *Mart.* facio maximi; flocci *Ter.* duco parvi, puto magni *Cic.* parvi curo. æqui conſulo *Ter.* [13]dignum laude virum Muſa vetat mori *Hor.* ſuſcipe curam digniſſimam tuæ virtutis *Cic.* [14]indignus genere *Ter.* avorum *Virg.* [15]potiri ſceptris *Virg.* rerum *Cic.* [16]ἔλαχε ἡμικλήρου Dem. ἕδραν Ariſtot. [17]κατηγορῶ πεπραγμένων Xen. ψεῦδος Dem. [18]καταγινώσκειν φόνου Lyſ. θάνατον Iſocr. [19]συγχωρῶ ἁμαρτήματος Lucian. ἁμάρτημα Dem. [20]πλήθω καρπῶν Phocyl. ἡδονὴν Soph. [21]ἀποστερεῖν ἀγαθῶν Xen. χρήματα Iſocr. [22]τυχεῖν σωτηρίας 2 Tim. 2. 10. τάδε Eurip. [23]ἀπολαύειν παρόντων Iſocr. προσαύξησιν Theophr. [24]ὀλιγωρεῖν παιδείας Heb. 12. 5. ἔχθραν Ariſtot. [25]ἀμελεῖν αὐτῶν Heb. 8. 9. ὑμᾶς 2 Pet. 1. 12. [26]ἐπιμελεῖσθαι αὐτοῦ Luc. 10. 34. τοιαῦτα Xenoph.

Dativi vel Accuſativi.

[1]Quartum pauca regunt, uſu meliore Dativum;
[2]Præque Dativo etiam quartum ſibi plura requirunt.
[3]Multa ſuos caſus variant, variantia ſenſum.

[4]Non-

[4]Nonnunquam alterno ludit constructio casu:
Sumit cum quarto *personæ res* sibi sextum;
Cumque *rei* quarto recipit *persona* Dativum.
Ecce breves tabulas, facile est augere repertis.

[1]Indulgeo peccatis *Cic.* indulgeo me *Ter.* Mederi vulneribus *Cic.* mederi res adversas *Ter.* medicari senibus. medicari ictum *Virg.* Suadet mihi. suadet me *Cic.* Deficiunt nobis tela *Cæs.* deficiunt me solatia *Cic.*

[2]Curare aliena *Ter.* curare alienis *Plaut.* Habitare sylvas. habitare vallibus *Virg.* donec te jussero *Plaut.* jubet Hispanis *Claud.* Deus maria moderatur. moderari animo *Cic.* Plaudo victorem *Stat.* plaudo mihi *Hor.* Precari Deos *Cic.* precari pessimo *Plaut.* Sequi gratiam *Cæs.* mæror voluptati sequitur *Plaut.* Temperare iras *Virg.* temperare linguæ *Plaut.*

[3]Æmulari diligentiam *Ter. i. e.* imitari. æmulari veteribus *Quint. i. e.* invidere. auscultare populum *Catul. i. e.* audire. auscultare seni *Ter. i.e.* obedire. Consulere oracula *Ovid. i. e.* scitari. consulere pudori *Cic. i.e.* consilium adhibere. Manet omnes una nox *Hor. i. e.* expectat. promissis manere *Virg. i. e.* constare. Solvere nodum *Hor. i. e.* dissolvere. solvere justa funeri *i. e.* persolvere. studere literas *Cic. i. e.* addiscere. studere Catilinæ *Cic.* vel novis rebus *Cæs. i. e.* favere. Timeo minas *Ter. i.e.* ne lædant. timeo vitæ *Ter. i. e.* ne lædatur. Veretur patrem ut Deum *Cic. i. e.* veneratur. mihi verebamini *Cic. i. e.* ne quid mihi sit mali. ne hostes quidem sepulturam invident *Tac. i. e.* negant. honori alicujus invidere *Cic. i. e.* malè velle. Convenire Pamphilum *Ter. i. e.* adire. posterius priori non convenit *Cic. i. e.* non congruit. Præstare officium *Cic. i. e.* facere. homo homini quid præstat? *Ter. i. e.* præcellit. prospicere futura *i.e.* prævidere. prospicere patriæ *Cic. i. e.* curam adhibere. Sufficit humorem tellus *Virg. i. e.* suppeditat. animus sufficit malis *i. e.* par est. Vacare Philosophiæ *Cic. i.e.* dare operam. vacare culpâ *Cic. i. e.* carere.

[4]Parmenonem salute impertit Gnatho *Ter.* impertit tibi salutem *Cic.* Donat Gallos civitate *Cic.* donat prædam militibus *Cæs.* Levo me ægritudine *Cic.* levo paupertatem matri *Plaut.* Abjudicare se vitâ *Plaut.* abjudicare libertatem sibi *Cic.* Intercludere inimicos commeatibus *Cæs.* intercludere commeatum inimicis *Plaut.* Induere se veste *Ter.* induere sibi vestem *Plaut.* Interdico tibi aquâ *Liv.* interdico fæminis usum purpuræ *Liv.*

Non omnes voces data per præcepta reguntur:
Copia sed linguæ vario contextilis usu est.

Exuere se animâ *Sen.* parcus comitatu *Plin.* compos animo *Sallust.* nostram vicem ne irascare *Liv.* fidere terrâ *Virg.*

Contra regulas suprà datas. pag. 180. 181. 181. 182. 182.

Tres casus regere [1]Imperium, *tres* [2]Copia, *tresque* [3]Causa, [4]Instrumentum, [5]Pretiumq; [6]Modusq; *jubentur.*
Tres [7]*alia adsciscunt saltem haud ignota Poetis.*

[1]Καδμείων ἤνασσε Οδ. λ. 275. Μυρμιδόνεσσι Il. α. 180. Ζεὺς πάντ' ἀνάσσει Eurip. [2]πληροῦμαι χαρᾶς 2 Tim. 1.4. τῇ παρακλήσει 2 Cor. 7.4. τὸν ἐπίγνωσιν Coloss. 1. 9. [3]Ἑλλάδος στένω Euripid. τέθνηκεν ἀποπληξίᾳ Herodian. Ὃς

γδ

γὰρ αἰσχυνθῇ με καὶ τοὺς λόγους ἐμοὺς Luc. 9. 26. [4]Λόγου δὶς τόσον μ' ἐκούφισας Euripid. Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου—&c. Oraculi responsum. Κολλούριον ἔγχρισον τοὺς ὀφθαλμοὺς Apocal. 3. 18. [5]Ἀγοράσωμεν διακοσίων δυναρίων ἄρτους Marc. 6. 37. οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ, ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε 1 Pet. 1. 18 Τάλαντον δύναται μνᾶς ξ' Suidas. [6]Πρωτεύειν τῆς ἀρετῆς Xenoph. [7]Ἤνυσε πολλῷ τὴν ὁδοιπορίαν τάχει Herodian. Βίαν δὲ δράσης μηδὲν Euripid. [7]Ἐβάσκαινε αὐτοῦ Lucian. τοῖς Σοφισταῖς Philostrat. τὰ προσήκοντα Liban. Μέμφομαι ὑμῶν Thucyd. κασιγνήτοις Od. π. 115. τινὰ Xenoph. Μετέχω ἐξουσίας 1 Cor. 9. 12. τῇ οἰκήσει Thucyd. τὰς πληγὰς Aristoph.

Alienus salutis *Lucret.* arti oratoriæ *Quint.* majestate *Cic.* Erubescere fortunæ *Curt.* malis *Ovid.* preces *Claud.*

Regimen Nominum Specialium.

Reg. 7a.

Temporis; & Partis; Spatiique; Urbisque character
Diverso exprimitur casu; nec simplice sensu.
Construitur sexto, [1]*pars* temporis; & [2]*mora*, quarto.
[3]Alterutro in sensu legitur sed casus utervis.
Quando id? sexto: *quam*-que-*diu?* casu assere quarto.
[4]*Temporis adsciscit casum nota Græca secundum.*

[1]Nocte latent mendæ *Ovid.* [2]tercentum totos regnabitur annos *Virg.* [3]quem ego toto non vidi die *Ter.* noctes atque dies patet atri janua Ditis *Virg.* abhinc annis quindecim *Cic.* abhinc annos quindecim *Ter.* [4]ἦλθε νυκτὸς Ioh. 3. 2. προσμένει νυκτὸς καὶ ἡμέρας 1 Tim. 5. 5.

Nomen partis amat [1]sextum, agnoscitque [2]secundum.
Passivâ cum voce frequenter [3]quartus adhæret,
Si saltem est affectio, vel si læsio partis.
[4]Quartum, utì pars, etiam subjecto adjuncta capessunt.

[1]Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus *Mart* [2]discrucior animi *Ter.* [3]laniata comas. nuda pedem *Ovid.* [4]flores inscripti nomina Regum *Virg.* picti scuta Labici *Virg.*

Quinetiam [1]mensura rei; [2]spatiumve cohæret
In quarto, aut sexto casu, interdumque secundo.

[1]A rectâ conscientiâ transversum unguem non oportet discedere *Cic.* asseres septem pedibus elati. area lata pedum denûm *Columel.* [2]abesse iter unius diei *Cic.* viginti dierum itinere *Plin.*

Urbis vox, ubi fixa quies est, Propria, formæ
Si fuerit nomen [1]primæ, formæve [2]secundæ,
Pone secundo in casu; sin [3]plurale, dativo:

Nomen

Nomen [4]tertiæ & in ſexto, pariterque dativo.
[5]*Unde* venit, ſexto; [6]*quo* tendit motio, quarto.
[7]*Ad locum*; [8]*In*, [9]*Aque loco, ſi ſit motusve quiesve*;
Græcè, Præpoſito uſus, Particulâve locali eſt.

[1]Quid Romæ faciam? *Juv.* [2]habitabat Rhodi *Ter.* [3]regnavit Amyclis *Virg.* [4]eſſe Babylone, Tiburi *Cic.* [5]Larino [6]Romam advolavi *Cic.* [7]Ἦλθον εἰς Πέργην Act. 13.13. Ἀθήναζε Plat. ὄλυμπόνδε Ιλ. α. 221. [8]ἠσθένει ἐν Καπερναοὺμ Ioh. 4. 46. κατῴκισεν εἰς Καπερναοὺμ Mat. 4. 13. Ἀθήνῃσι Athen. [9]κατῆλθον ἀπὸ Ἱεροσολυμῶν Act. 11.27. Οἰκαλίῃθεν Ιλ. β. κατάλογ. 103.

[1]*Rus*, [2]*ruri*, vel [3]*rure*; [4]*domi*; ceu *Propria*, caſu
Ponuntur ſimili; queis paſſim [5]plura miniſtrat
Præpoſiti Elleipſis; vel verbi motio rectrix.

[1]Rus ibo *Ter.* [2]ruri eſſe *Cic.* [3]rure far modicum *Perſ.* venire rure *Ter.* [4]ego domi ero *Ter.* ite domum *Virg.* [5]cedere loco *Hor.* terræ procumbere *Ovid.* ſpeluncam deveniunt *Virg.*

Nomen temporis aut loci amat coaleſcere ſenſu
Particulis ſimili, in caſu ſociale ſecundo:
Ut *tunc temporis*, *huc viciniæ*, *ubique locorum*.
Juſtin. Ter. Cic.
Præcedit ſexto caſu *numerale diurnum*
Pri-que-*die*, *poſtri*-que-*die*; Nonæ indè ſecundo
Aut quarto hæreſcunt, Iduſque, omneſque Calendæ;
Quarto ut **Nonarum*, aut *quarto* fas dicere **Nonas*. *Cicero.

Regimen Verbi Infiniti.

Reg. 8a.

Verbum Infinitum præeunti ſubjice [1]verbo;
Vel [2]Paſſivo Adjectivo, [3]a verbiſve profecto.
[4]Quartum amat ut præeat; ſed verbum quando Dativum
Anteiens regit; haud ſimilem Modus [5][*eſſe*] recuſat.
Vult modus Infinitus in [6]*ut cauſale* reſolvi
Inque [8]*quòd oſtenſivum*, fit modus & Finitus.

[8]*Crebrò mandantis vice fungitur Infinitus*:
[9]*Crebrò* Nominis; *Articuluſque præit*, nota caſûs.

[10]*Pre-*

[10]*Præpoſito omni inſervit.* [11]*Sin tria juncta coibunt,*
Præpoſitum, caſus Quartus, modus Infinitus;
Redditur Adverbium, Rectus, modus & Finitus.
In Participium tranſit poſt verba [12]recordor,
[13]Sentio, [14]perſiſto, [15]incipio, [16]ſcio, [17]deſino, [18]monſtro.

[1]Mentiri neſcio *Juv.* [2]dignus amari *Virg.* [3]audax perpeti *Hor.* [4]jubeo te ſalvere *Ter.* [5]nobis non licet eſſe tam diſertis *Mart.* vobis expedit eſſe bonas *Ter.* [6]cauſa me monet ut faciam *Ter.* vel facere. [8]ſcio quòd filius amet *Plaut.* vel filium amare. [8]ψεύδεα μὴ βάζειν &c. Phocyl. [9]τὸ ἐρᾶν γίνεται ἐκ τῆς ὄψεως Adag. [11]ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν Luc. 14. 1. i.e. ὅταν αὐτὸς ἔλθῃ. [12]μέμνησο ἄνθρωπος ὤν Plut. [13]αἰσθάνομαι νοσῶν Xenoph. [14]διατελῶ ξυνοίσων Demoſth. [15]ἄρχε λέγοσδε κἰων Il. γ. 447. [16]οἶδα ἰδὼν Lucian. ἐπαύσατο λαλῶν Luc. 5. 4. [17]λείξω vel φαίνομαι πεποιηκὼς Demoſth.

Regimen Gerundii.

Reg. 9ª.

Poſt nomen rectè in [1]*-di* pone Gerundia; ſed poſt
Præpoſitum; in [2]*-do* vel [3]*-dum.* Quòd ſi [4]*cauſa*, [5]*moduſve*
Voci in *-do* ſuberit, præpoſto non erit uſus.
[6]Infinitivo ſi *dictio* juncta [*neceſſum*] eſt,
Per verbale in *-dum* brevior Syntaxis initur.
[7]Siqua regunt caſum præmiſſa Gerundia; ceu Ver-
-balia, cum caſu meliùs poſtpoſta ligantur:
Sunt etenim [8]*Adjectiva*, quibus nova cuſa Latinè
Syntaxis; nova cuſa etiam, quaſi [9]Subſtantivis.

[1]Illecebra peccandi, impunitas *Cic.* [2]ignavi à diſcendo citò deterrentur *Cic.* [3]locus ad agendum ampliſſimus *Cic.* [4]defeſſus ambulando *Ter.* [5]alitur vitium creſcitque tegendo *Virg.* *huc refer*, tu ſolvendo non eras *Cic.* [6]utendum eſt ætate *Ovid.* [7]cognoſcendi & ignoſcendi peccati dabitur locus *Ter.* [8]ingrediendum viam *Cic.* *quemadmodum*, vitabundus caſtra hoſtium *Liv.* [9]illarum videndi gratiâ *i. e.* viſionis, novarum ſpectandi copia *i. e.* ſpectationis *Ter.*

Regimen Impersonalium.

Reg. 10ª.

Adiciſcunt Impersonalia verba [1]Dativum:
Poſcunt hæc tamen, [2]*inter-* & *-eſt* [3]*refert*que Secundum;
[4]Fæmineos Poſſeſſivo ex Pronomine ſextos
Adde *meâ*, *noſtrâ*que, *tuâ*, *veſtr*âque, *ſuâ*que

Et

Et *cujâ*; Substantivo sine nomine: Queis &
[5]*Magni*, *parvi*, & *tanti*, *quanti* jungere fas est.
[6]*Pauca solent Genitivum adjungere Græca Dativo*:
[7]*Pauca* rei*que secundo* personæ *adjungere quartum*.
[8]*Pœnitet*, & [9]*tædet*, [10]*piget*, & [11]*pudet*, & [12]*miserescit*,
Et [13]*miseret*; *personæ* hæc amplectentia casum
Quartum, unà cum *personæ*ve *rei*ve secundo.
Visa quidem casum nonnulla regentia quartum;
Qualia [14]*oportet*, item [15]*decet*; in quibus Infiniti
Clara Modi ratio est; [16]sine quo ferè juncta Dativo.

[1]Non vacat Jovi *Ovid.* quid refert viventi *Hor.* [2]reipublicæ interest *Cic.* [3]refert compositionis, quæ quibus anteponas *Quint.* [4]& tuâ & meâ interest te valere *Cic.* tuâ refert *Plaut.* [5]magni interest, quos quisque audiat. magni refert, quid hic velit. magni meâ interest *Cic.* [6]μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; 1 Cor. 9. 9. δεῖ μοι πολέμου Lucian. χρὴ σοὶ φίλων Euripid. ἐμαυτῷ μέτεστι τῆς διακονίας Demosth. [7]οὐ πολλοῦ πόνου με δεῖ Euripid. [8]nostri nosmet pœnitet. suæ quemque fortunæ pœnitet *Cic.* [9]tædet vos Patriciorum, nos plebeiorum magistratuum *Liv.* tædet vitæ *Cic.* [*legitur*, pertædet ignaviam *Suet.*] [10]fratris me piget [11]pudetque *Ter.* turpitudinis tuæ nonnullos pigeret *Cic.* quos infamiæ suæ non pudet *Cic.* [12]te miserescit mei *Ter.* [13]me miseret tui *Ter.* homines miserebat non magis pœnæ quàm sceleris *Liv.* [14]communicatum oportuit *Ter.* homini servo suos domitos habere oportet oculos *Plaut.* [15]oratorem irasci minimè decet, simulare non dedecet *Cic.* [16]decet nobis *Ter.* victoribus decebat *Sall.* decet principi *Liv.* ità tibi juvat *Plaut.*

Regimen Participii.

Reg. 11a.

[1]*Articulus cum Part'cipio Demonstrativus*
Vertitur in Subjunctivum cum Tempore verbi.
[2]*Articulus vice Part'cipii*: [3]*contrà vice verbi*
Servit Part'cipium; [4]*bis sæpe locabile, terque*:
[5]*Exprimit & Pathos emphaticum, vice Substantivi.*
Cum Participio [6]λάθον & [7]φθάνον & [8]τύχον *æquè*
Tanquam Adverbia cum verbis Syntaxin inibunt.

[1]πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει Matth. 7. 8. i. e. ὃς αἰτεῖ. [2]ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς Matth. 6. 9. scil. ὁ ὤν i. e. ὃς εἶ. [3]τίς ἐμὲ πατάξας Sophoc. [4]ἀναστὰς, ἄρας, ἀπῆλθε δοξάζων Luc. 5. 25. [5]μεστὸς ἦν θυμούμενος Sophoc. i. e. θυμοῦ. [6]ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους Heb. 13. 2. *i. e.* imprudenter exceperunt. [7]ἐπαίνου ἄξιος, ὃς ἂν φθάνῃ τοὺς φίλους εὐεργετῶν Xen. *i. e.* priùs benefecerit. [8]θηρητὴρ ἐτύχησε βαλὼν Ιλ. ο. 581. *i. e* fortè percussit.

Regimen

Regimen Derivativorum.

Reg. 12ª.

[1]*Derivata* regunt quos *Primitiva* regebant
Caſus; qualicunque profecta ab origine vocum.
[2]*Periphraſis* regit & caſum, quem dictio *ſimplex*.
[3]Sic Nomen verbale, modum poſt *Infinitum*
[*Ire, iri*], caſum regit ut verbum indè profectum:
[4]*Activi* par *Finiti* conſtructio crebra eſt.

[1]Navis, tibi creditum debes Virgilium *Hor.* non ego credulus illis *Virg.* Graiis ſervitum matribus ibo *Virg.* quid tibi hunc hominem tactio eſt? *Plaut.* [2]tuarum virtutum tibi veniat in mentem *Cic. i. e.* memento. [3]ire dejectum monumenta *Hor.* audivit uxorem non datum iri filio *Ter.* [4]vide ne puerum perditum eas *Cic.*

Regimen Particularum

Cum Nominibus vel Verbis. *i. e.*

Cum Caſibus vel Modis.

1°. Regimen Caſuum.

Reg. 1ª. ADVERBIUM.

Cum Genitivo.

Quantum ut [1]abunde, [2]parum genitivum adſciſcit; [3]eóq;

[1]Abunde fraudis *Virg.* [2]parum ſplendoris *Hor.* [3]eò inſolentiæ proceſſit *Plin.*

Accuſativo.

[1]Adversùs, citra, cis, circa, circiter, erga,
Extra, intrà, juxta, ſupra, propter, [2]ſecus, ultra,
[3]Clanculū, apud, [4]penes, [5]uſq;, infra, prope, ponè, ſecundū,
Versùs; quartum undena bis expoſcentia caſum.

[1]Adversùs Solem ne loquitor *Adag.* ara exadverſus locum conſecrata *Cic.* [2]ſecus viam ſtare *Quint.* [3]clanculum patres *Ter.* [4]fides ſit penes authorem. *Saluſt.* [5]ā Romulo uſque Auguſtum *Flor.*

Ablativo.

Sextum quinq; regunt; [1]procul, abſq;, [2]palam, ſinè, coram.

[1]Procul patriâ *Cic.* [2]palam populo *Hor.*

Ablativo vel Accusativo.

Clam poscit sextum, quartum nec habere recusat.

Clam viro. clam uxorem. *Plaut.*

Ablativo vel Genitivo.

Vult *tenus* & sextos, vult pluralemque secundum.
Stant *tenus* & *versùs* proprii post nomina casûs.

Umbilico tenus *Liv.* pectoribus tenus *Ovid.* aurium tenus *Quint.* Brundusium versùs *Cic.*

Variis Casibus.

[1]O *vocat*, [2]heus, [3]ohe, in *quinto*: [4]O sed in ordine *recto*
Aut *quarto exclamat*; *quibus* [5]ecce vel [6]en *demonstrat*:
Quartum duntaxat poscunt [7]apage & [8]cedò: *quartum*
Vel *quintũ* hæc [9]ah, [10]vah, [11]hem, [12]proh: [13]hei, [14]væq; *Dativũ*.
[15]Heu *rectum* regit & *quartum* pariterque *Dativum*.
Exerit his plures abruptos *Passio* casus.

[1]O bone Jupiter *Pers.* [2]heus Syre *Ter.* [3]ohe libelle *Hor.* [4]o vir fortis atque amicus *Ter.* o præclarum custodem ovium, lupum *Cic.* [5]ecce autem Antonius *Cic.* ecce alterum *Ter.* [6]en Priamus. en quatuor aras *Virg.* [7]apage te. [8]cedò quemvis arbitrum *Ter.* [9]ah me miserum *Ter.* ah virgo infelix *Virg.* [10]vah consilium callidum. vah mea Antiphila *Ter.* [11]hem mea lux. hem astutias *Ter.* [12]proh Sancte Jupiter. proh Deûm atque hominum fidem *Cic.* [13]hei mihi. [14]væ mihi *Ter.* [15]heu pietas *Virg.* heu misero mihi *Plaut.* heu stirpem invisam *Virg.*

Genitivo.

Multa regunt Genitivum Adverbia; *qualia* [1]causæ, [2]Temporis, & [3]numeri, & [4]loci; *in ordine LITERA monstrat.*

Ἀμφὶς, ἄνευ, ἄτερ, ἄσσον, ἅπαξ, ἅλις, αὐτίκα, ἄνωθεν.
Δὶς, δίχα. Ἔσω, ἔξω, ἐπέκεινα, ἑτέρωθεν, ἕκητι,
Ἔνθεν, ἕως, ἑκὰς, ἐκτὸς, ἔναγχος, ἐνώπιον, ἔνδον,
Ἐντὸς, ἐκεῖσε, ἐνταῦθα, ἔμπλην, ἕνεκα, εὐθὺς, ἐναντί.
Ἰκταρ, ἰθύς. Κρύφα, κρύβδα, κάτω. Λάθρα. Μεσσόθι, μακρὰν,
Μεσσηγύς que, μεταξύ que. Νέρθεν, νειόθι, νόσφιν.
Οἵπερ, ὅπου, ὅποι, οἷ, οὗ, ὀψὲ, ὀπίσω, & ὄπισθεν.
Πρόσθε, πέλας, προτέρω, προτέρωσε, πέραν, πόθι, ποῦ, πλὴν,
Πηνίκα, πρωῒ, πάρος, ποτὲ, πόῤῥω, πολλάκι, πρόσσω,
Πάντη. Τηλόθι. Ὕπερθεν, & ὑψόθι. Χωρὶς & ὧδε.

Pauca

Pauca reperta alio cum casu; ut [5]πρόσθεν, & [6]εἴσω.

Macte, puer; facilis labor ampliat Alphabetum.

[1]ἕνεκεν τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ Luc. 18. 29. [2]ὀψὲ σαββάτων Mat. 28. 1. [3]ἅπαξ ἐνιαυτοῦ Heb. 9. 7. [4]ἔξω βέλους Lucian. [5]πρόσθε στέρνοιο Ιλ. η. 224. πρόσθε δὲ οἱ δόρυ ἔσχε Ιλ. ρ. 7. [6]Ἴλιον εἴσω Ιλ. α. 71.

Dativo.

Poscunt hæc, [1]ἅμα, [2]ὁμοῦ, [3]μίγδα, [4]ἐμπελαδὸνque *Dativum.*

[1]Ἅμα τῇ ἡμέρᾳ Demosth. [2]θεοῖς ὁμοῦ Sophocl. [3]μίγα θυγατέρεσσιν Orph. [4]ἑστίῃ ἐμπελαδὸν Hesiod.

Accusativo.

[1]Ὡς ad; [2]μὰ, [3]ναὶ, [4]νὴ jurandi *vocula, quartum.*

[1]Ὡς τὴν θεὸν Aristoph. Plut. 1. 1. [2]μὰ Δία Lucian. [3]ναὶ τὴν Δία Xenoph. [4]νὴ τὴν Πλούτωνα Lucian.

Variis Casibus.

Plura regunt varios casus; [1]σχεδὸν, [2]ἔμπαλιν, [3]ἑξῆς, [4]Ἐγγὺς, [5]πλησίον, [6]ἄγχι *Dativum, aliquando Secundum.*

[1]Οἷ σχεδὸν ἤλυθε Hesiod. σχεδὸν ἤλυθεν Ἰδομενῆος Ιλ. ν. 402. [2]ἔμπαλιν τοῖς ἄλλοις Herodot. ἔμπαλιν ἑαυτοῦ Herodian. [3]ἑξῆς τῶν Καικίᾳ Βορέας Philo. ἑξῆς τοῦ Πλούτωνος Aristoph. [4]ἐγγὺς τῇ Ἰόππῃ Act. 9. 38. ἐγγὺς τῆς πόλεως Joh. 19. 20. [5]τῷ τεκόντι πλησίον Euripid. πλησίον τοῦ χωρίου Joh. 4. 5. [6]σφίσιν ἄγχι Ιλ. ψ. 447. [7]Ἕκτορος ἄγχι Ιλ. θ. 117.

Omnes ὦ, αἴ, ἴω; *tres* φεῦ, οἴ, μέχρις, & εὖγε;

[1]Ὦ *dolet oxytonum, vocat* ὦ *sed circumflexum.*

[1]Ὦ μοι ἐγὼ! [2]ὦ Ζεῦ, τοῦ κάλλους! [3]ὦ ἐμὲ δειλὰν!

[4]Οἴ μοι ἀγρῶν! [5]οἴ μοι πάτερ! [6]οἴ μοι *item* κακοδαίμων.

[1]Οδ. ε. 299. [2]Lucian. [3]Callim. [4. 5. 6]Lucian.

Nomina utì fiunt Adverbia; sic vice versâ,
Nominis, unde profecta, regunt Adverbia casum.

Vivere naturæ convenienter oportet *Hor.*

Reg. 2ª. PRÆPOSITIO.

Cum Accusativo.

Præposita hæc quartum casum bis quinq; gubernant
Præter, trans, circum, contra, inter, ad, ante, per, ob, post.

Ablativo.

Abs, ab, a, & ex, e, de, præ, pro, cum; ter tria, sextum.

Cum subit Articulum & Pronomen Substantivum.

Dignus est quîcum in tenebris mices *Adag.* mecum contendit Ulysses *Ovid.*

Accusativo vel Ablativo.

[1]Sub, [2]subter, [3]super, [4]in, regit ambos dispare sensu.

[1]Juvat ire sub umbras *Virg.* sub hastâ vœnire *Liv.* [2]subter humum. subter densâ testudine *Virg.* [3]super æthera. arbore *Virg.* [4]in laqueos lupus *Adag.* omnis res est jam in vado *Ter.*

Postulat ἀντὶ, ἀπὸ, & ἐκ, πρὸ Secundum: Tertium & ἐν, σὺν:
Εἰς Quartum: Διὰ, ὑπὲρ Quartum regit atque Secundum.
Quartum ἀνὰ casum vult adsciscere, vultque Dativum.
Tres Præpositio casus octona gubernat;
Non uno sensu. Varium intermixta nitorem
Sermoni inducit præ septem hæc vocibus una.

Διὰ. G. *per*; διὰ ἀμφιτίας ὁ θάνατος Rom. 5. 12. in jurando; διὰ πυρὸς ὀμνύειν Demosth. *pro*; δι' οὐδενὸς ποιεῖν Sophoc. Ac. *propter*; τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον Marc. 2. 27.

Ὑπὲρ. G. *pro*; εἰ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν Rom. 8. 31. *de*; ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς Demosth. *per* in obtestando; ἐρωτῶμεν ὑμᾶς ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου 2 Thess. 2. 1. G. Ac. *super*; γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς. τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς *Adag.*

Ἀνὰ. D. *cum*; χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ Ιλ. α. 15. Ac. *per*; ἀνὰ στρατὸν Ιλ. α. 10. *circiter*; ἀνὰ μετρητὰς δύο Joh. 2. 6. *sigillatim*; ἀνὰ δηνάριον Matth. 20. 9.

Ἀμφὶ. G. *de*; ἀμφὶ ἀστέρων γραφὴ Lucian. D. *pro*; ἀμφ' Ἑλένῃ μάχεσθαι Ιλ. γ. 70. Ac. *circa*; Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα Ιλ. η. 135.

Ἐπὶ. G. *in*; βοῦς ἐπὶ γλώττης Adag. D. *propter*; κτισθέντες ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς Ephes. 2. 10. *contra*; τρεῖς ἐπὶ δυσὶ, καὶ δύο ἐπὶ τρισὶ Luc. 12. 52. Ac. *ad*; ἐπὶ ἴδιον ἐξέραμα ὁ κύων 2 Pet. 2. 22. G. D. Ac. *super*; ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς Rom. 9. 5. διακόσιοι ἐπὶ χιλίοις Plut. ἐπὶ τὸν ὄνον Matth. 21. 5.

Κατὰ. G. *contra*; συνήχθησαν κατὰ χριστοῦ Psal. 2. 2. *de*; μεμαρτυρήκαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ 1 Cor. 15. 15. *per* in jurando; καθ' ἑαυτοῦ ὤμοσε Heb. 6. 13. D. *intra*; κατὰ συφέοισιν ἔεργνυ Οδ. κ. 238. Ac. *secundùm*; κατὰ Ματθαῖον. *sigillatim*; κατὰ μίαν σαββάτων 1 Cor. 16. 2. adverbialiter *deinde*; εἷς καθ' εἷς Marc. 14. 19.

Μετὰ. G. *cum*; μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς Mat. 1. 23. *in*, *super*; ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν Ap. 1. 7. *inter*; τί ζητεῖτε ζῶντα μετὰ νεκρῶν; Luc. 24. 5. D. *in*; μετὰ χερσὶν ἔχων τὴν λύραν Lucian. *inter*; μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι Ιλ. ε. 536. Ac. *post*; μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι Matth. 27. 63.

Παρά.

Παρὰ. G. *a, ab*; ἐξῆλθον παρὰ τοῦ Παζὸς Joh. 16. 28. D. *apud*; παρὰ τῷ Κυείῳ ἔλεος Pſal. 130. 7. *prope*; παρὰ κακῷ ἐφλὸν Od. α. 487. Ac. *contra*; παρὰ τὸν νόμον Act. 18. 13. *ſupra*; ὡρεῖος παρὰ τὰς ὑὰς τῶν ἀνθρώπων Pſal. 45. 3. *juxta*; κολοιὸς παρὰ κολοιὸν ἰζάνει Ariſtot. *poſt, infra*; ἠλάτ]ωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους Pſal. 8. 5. *a, ab*, nota derivationis apud Grammaticos ὁ χόλος παρὰ τὸν χολὸν Euſtath.

Περὶ. G. *de*; περὶ κάπνου στενολεχεῖν Adag. *propter*; περὶ καλοῦ ἔργου ἡ λιθάζομέν σε Joh. 10. 33. *præ*; περὶ πάντων ἔμυθον Il. α. 287. D. *propter*; χώομαι περὶ βοσὶ Hymn. Merc. 236. *ex*; περὶ κῆρι φιλεῖν Od. ο. 245. G. D. Ac. *circa, circum*; τετάνυσο περὶ στείρας Od. ε. 68. περὶ βώμοις χορδίειν Herodian lib. 5. περὶ τὰ φοβερὰ ἡ ἀνδρεία Ariſtot. περὶ μεσημβρίαν Act. 22. 6. *cum i. e. ſocietatem* οἱ περὶ τὸν Παῦλον Act. 21. 8. vide pag. 178.

Πρὸς. G. *ab*; πρὸς Διὸς εἰσὶν ἅπαντες Od. ξ. 57. *per* in obteſtando; πρὸς τοῦ Διὸς ἱκνέομαί σε Demoſth. *pro, in*, commodum vel incommodum; πρὸς τὴν σωτηρίαν Act. 27. 34. πρὸς κακοῦ γίνεσθαι Ariſtot. *Officium*; ὃ πρὸς ῥήτορας Lucian. D. *ad*; πρὸς κεφαλῆς Ioh. 20. 12. Ac. *ad*; ὄνος πρὸς λύραν Adag. *penes*; πρὸς ἡμᾶς ὅτι τὸ καλῶς καὶ τὸ κακῶς ἀκούειν Plut. *contra*; πρὸς κέντρα μὴ λάκπαζε Eurip. Act. 9. 5. *apud*; ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν Joh. 1. 1. *per* in jurando; πολλοὶ πρὸς λάχανα ὀμνύουσι Suid.

Ὑπὸ. G. *a, ab*; μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ Rom. 12. 21. D. *a, ab*; ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι Il. ν. 668. Ac. *ad*; ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε Il. β. 216. G. D. Ac. *ſub*; ὑπὸ χθονὸς Heſiod. Theogon. ὑπὸ τῇ λεοντῇ πίθηκος Lucian. ὑπὸ μόδιον Matth. 5. 15.

Senſum Præpoſiti ferè, in ἐν, *complectitur omnis.*

Εἰς & ἐν alternis ſua ſignificatio ſervit.

Videt me eſſe in tantum honorem *Ter.* utinam oculos in pectore poſſis inſerere *Ovid.*

Εἰς *ad*; ὗς εἰς κύλισμα 2 Pet. 2. 22. *in*; ἔστι ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ αἰγιαλὸν Joh. 21. 4.

Ἐν *in*; ἐν λιμνὶ πλεῖν Adag. *ad*; κατέβαινεν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ Joh. 5. 4. κάθηπεσον ἐν Λήμνῳ Il. α. 593.

Εἰς & ἐν; *per* in jurando; μὴ ὀμόσαι ὅλως· μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα Mat. 5. 35.

Compoſiti Præpoſitio ſcit munere Verbi Fungier; ut vult Paulus ἐνὶ, & Maro vult *ſuper* uti.

οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος Gal. 3. 28. O mihi ſola mei *ſuper* Aſtyanactis imago *Virg.*

Præpoſita interdum in Genitivo clauſa lateſcunt.

Patris pudor *i. e.* in patrem *Ter.* πίστις Ἰησοῦ i. e. εἰς Ἰησοῦν Gal. 3. 22. στίγματα Ἰησοῦ i. e. ὑπὸ Ἰησοῦ Gal. 6. 17.

Inter Rectricem vocem casumque regendum,
Sæpe venit Præpositio, regimenque recudit.

Vide Reg. 2. pag. 180. Intueri in summos homines *Cic.* Βλέπομαι ἐς ἥλιον Plut. Ab amico argentum rogo *Plaut.* αἰτεῖσθαι ἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν Xenoph. de rebus Cæsarem docent *Cæs.* παιδεύειν πρὸς ἀρετὴν Isocrat. de insidiis celare te voluit *Cic.* λόγους ἔκρυψεν ἀπ' αὐτοῦ 1 Reg. 3. 18.

Reg. 3. pag. 181. Avidior ad rem *Ter.* φιλόπονος ἐπ' ἀρετήν. Plato. me in se negligentem putat *Cic.* ἀμελῆς πρὸς αὐτὸν Isocr. parcus in victu *Plin.* φειδωλὸς ἐν δαπάναις Plut. ad opem impotens *Cic.* ἀκρατὴς πρὸς τὰς ἡδονάς Aristot. Primus ante omnes *Virg.* μετὰ πᾶσιν ἀπιμοτάτη Il. α. 516. Pauci ex multis *Cic.* ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν Thuc. ex amicis certissimus *Plaut.* ὑπὲρ τοὺς ὑὸς φρονιμώτεροι Luc. 16. 8. pag. 182. Ἐπιποθεῖ ὅπὶ τὰς πηγὰς Psal. 42. 1. παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς Psal. 37. 8.

Reg. 4. pag. 182. Scit me erga se benevolum *Plaut.* χρηστὸς ὅπὶ τοὺς πονηρούς ὁ Θεὸς Luc. 6. 35. in liberos lenis *Ter.* πρᾶος πρὸς τοὺς οἰκείους Plato. homo ad nullam rem utilis *Cic.* χρήσιμος πρὸς τὴν ἐργασίαν Aristot. Epicurus in Democritum fuit ingratus *Cic.* ἀχάρις πρὸς τοὺς γονεῖς Xen. maledicus in omnes *Quint.* κακὸς εἰς δῆμον Æschin. eventus ad spem non respondet *Liv.* πρὸς ἐκείνους ἀποκρίνεται Heliod.

Reg. 5. pag. 183. Laborat è dolore *Ter.* ἐκ πονηρίας ἴσχυε Φιλιππος Demost. cum curâ legere *Plaut.* χρῆ ζῆλον διώκειν Phil. 3. 6.

Reg. 6. pag. 184. Communia cum supradictis *Plin.* κοινὸν μὲ πάντων ζώων Aristot. pag. 185. de beneficiis accusare *Cic.* τίς ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; Ioh. 8. 46. de vi, de majestate damnari *Cic.* περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε Rom. 8. 3. de prævaricatione absolvi *Cic.* ἀπολύομαι σε περὶ τούτου Isocrat. Inops à verbis. ab amicis *Cic.* ἄπορος ὅπὶ τὸ φρόνημα Euripid. ἀσθὴ ἀπὸ ἀνδρὸς Demosth. de nugis refertus liber. locus à frumento copiosus *Cic.* πλούσιος ἐν ἐλέῃ Ephes. 2. 4. implere loculos de monetâ *Mart.* γεμίσαι τὴν κοιλίαν ἀπὸ τῶν κερατίων Luc. 15. 16. pag. 186. precari ad deos *Liv.* εὔχομαι πρὸς Θεὸν 2 Cor. 13. 7. in opus mens vacavit *Ovid.* σχολάζω πρός σε Phalar.

Reg. 7. pag. 187. Totidem durare per annos *Virg.* ἐξ ἐτῶν ὀκτὼ καλακεῖται Act. 9. 33. Laborat ex pedibus *Cic.* Ἐπὶ σταδίους δώδεκα χιλιάδων ἐμέτρησε τὴν πόλιν Apoc. 14. 20. Navis in Cajetâ est parata & Brundusii. ab Epheso in Syriam profectus *Cic.*

Ad vel *in* adsciscit [1]pronus, [2]proclivis, & [3]aptus,
[4]Spectat, [5]pertinet, [6]attinet; & [7]quot porrò moventur.

[1]Pronus ad omne nefas *Lucan.* in bellum *Idem.* [2]ingenium à labore proclive ad libidinem *Ter.* [3]aptus ad amicitiam *Cic.* in pugnam *Liv.* τίς πρὸς ταῦτα ἱκανὸς; 2 Cor. 2. 16. ὅπιτήδειος εἰς μάχην Herodian. [4]res ad seditionem spectat *Liv.* in unum exitum spectant *Cic.* [5]illa res ad meum officium pertinet. non cognitis rebus, quæ in prudentiam pertinent *Cic.* [6]nihil ad me attinet *Ter.* [7]festinare ad eventum *Hor.* in provinciam *Cic.* vox venit ad aures *Virg.* hera in crimen veniet, ego in magnum malum *Ter.*

[1]Exul

[1]Exulo, [2]vapulo, [3]vœneo, [4]fio; [5]passio verbis
Sic quibus inclusa est; *ab* cum casu unit *Agentis*.
Termini item [6]à quo, par regimen verbique *Moventis*.

[1]A patriâ exulat *Ter.* [2]ab reo vapulare *Quint.* [3]ab hoste vœnire *Id.* [4]abs te factum est turpiter *Ter.* [5]non sum superatus ab illo *Ovid.* [6]venire à Roscio *Cic.*

Juncta regit Præpositio, quem sola regebat;
Sæpe & vox, cui juncta, suum; proprium utraq; casum.

Italiâ regem avertere *Virg.*

[1]Neutra regunt cum præpositis composta Dativum;
Nempe his, ad, præ, post, super, ante, sub, inter, in, ob; con:
Cumque suo casu non rarò [2]Activa Dativum,
[3]Quem nec Præpositum, nec vult admittere Verbum;
[4]Imò etiam varios sensu nec dispare casus.

[1]Spei acquiescere *Sen.* imperio præsidet *Cic.* prælio supersedere *Cæs.* antecellere bestiis *Cic.* succurrere miseris *Virg.* homo homini quid interest? *Ter.* innascitur homini probitas *Cic.* obniti adversis *Tac.* concurrere Teucris *Virg.* [2]manus operi admovere *Ovid.* ultima primis præponere *Hor.* posthabui seria ludo *Virg.* amicitiam rebus omnibus antepono *Cic.* mihi res, non me rebus submittere conor *Hor.* suum consilium meo interponit *Cic.* fastigium operi imponere *Cic.* nubem objecit oculis *Ovid.* sulcis committere semina *Virg.* [3]excludito mihi oculum *Plaut.*

[4]Præstolor tibi *Cic.* te *Ter.* præcurrit votis. rationem *Cic.* anteire cæteris virtute *Cic.* nives candore *Virg.* natura hominis antecedit bestiis *Cic.* scientiâ cæteros antecedere *Cæs.* illabitur urbi *Virg.* animos *Cic.* malum impendet nobis *Cic.* te *Ter.* insistere viis *Cic.* viam *Virg.* instant operi *Virg.* me *Plaut.* obequitare stationibus *Liv.* agmen *Curt.* occumbere morti *Virg.* mortem *Liv.* ingredi Consulatum *Quint.* patris vestigiis *Cic.* invado urbem *Virg.* improbis *Cic.* metus patres incesserat. cura patribus incessit *Liv.* subire limina. tectis *Virg.*

Græca in Compositis regimen Præposta novabunt;
Ab, de, præ *si significent*, [1]*Genitivus in usu est.*
Cum, *vel* ad, in *si significent*, *appone* [2]*Dativo.*
Præter, per *quæ significant*, *pone omnia* [3]*Quarto.*

[1]Ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας Luc. 13. 12. καταβήσομαι δίφρου Aristoph. προστέχει γλῶσσα διανοίας Isocr. [2]Συζήσομεν αὐτῷ Rom. 6. 18. προσκυλίζειν λίθον τῇ θύρᾳ Matth. 27. 60. ἐμμένειν τῇ πίστει Act. 14. 21. [3]παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν Matth. 15. 3. διαπορεύομαι τὴν πόλιν Plut.

Compositum sibi Præpositum conforme reduplat.

Aberrare à proposito *Cic.* adesse ad exercitum *Plaut.* congredi cum hoste *Plaut.* decedere de suo jure *Cic.* in te onus impone *Plaut.*

Reg. 3ª. CONJUNCTIO.

Jungere vult ſimiles vel vult disjungere Caſus;
Sæpe Modos ſimiles, eadem nec Tempora rarò;
[1]Et, [2]nec, [3]vel, [4]niſi, [5]ceu, [6]quàm, [7]an. [8]Plura ſimillima ſenſu.

[1]Pulvis & umbra ſumus. multa tulit fecitque puer, ſudavit & alſit *Hor.* [2]nec melior vir Africano fuit, nec clarior *Cic.* [3]vel duo vel nemo *Perſ.* [4]hanc niſi mors mihi adimet nemo *Ter.* [5]animalia quæ ſemper defoſſa vivunt, ceu talpæ *Plin.* [6]tam ingenii ſterilis fuit, quàm animi *Sen.* [7]vide, utrum vis argentum accipere, an cauſam meditari tuam *Ter.* [8]aut Cæſar aut nullus *Adag.* in pejus ruere atque retro referri *Virg.*

2º. Regimen Modorum.

Vox regit [1]*Indefinita* omnis Subjunctivum:
Omnis vox [2]*Dubitandi*: vox omnis [3]*Simulandi*.
Cauſales etiam; [4]ut, [5]quod, [6]qui, [7]quin, [8]ne: *Adverſales*;
Nempe [9]licèt, [10]quamvis: vox *Optandi*; [11]utinam, [12]o ſi.
[13]At ſua cuique Modi Monſtrantis libera lex eſt.
Haud paucis; quales ſunt, [14]ſi, [15]ſiquidem, [16]niſi, [17]donec,
[18]Sin, [19]ſimulatq;, [20]utcunq;, & vox quæ deſinit in [21]*-quàm*;
Convenit Indi- ve -cativus vel Subjunctivus.
[22]*Ne*, ſi prohibeat, vel Mandat vel Subjungit.

[1]Quemcunque fortem videris, miſerum neges *Sen.* neſcio neque unde eam, neque quorſum eam *Ter.* [2]multùm intereſt utrùm laus imminuatur, an ſalus deferatur *Cic.* [3]quaſi hoc à me impetrare oporteat *Ter.* [4]cura ut valeas *Cic.* [5]mihi, quòd defendiſſem, leviter ſuccenſuit *Cic.* [6]uno ore omnes laudare fortunas meas, qui haberem filium. [7]nunquam tam manè egredior, quin te in fundo conſpicer *Ter.* [8]dico tibi, ne facias temere *Idem.* [9]janitor licèt terreat umbras. [10]quamvis increpitent ſocii *Virg.* [11]utinam Dii ita faxint! *Ter.* [12]o ſi ſub raſtro crepet argentum! *Perſ.* [13]quiſquis fuit ille Deorum *Ovid.* [14]ſi me obſecret. ſi Diis placet *Ter.* [15]ſiquidem hoc ſit *Ter.* ſiquidem Homerus fuit, & Heſiodus ante Romam conditam *Cic.* [16]niſi apertum pectus videas *Cic.* niſi caves, aliquid conficies mali. [17]haud deſinam donec perfecero hoc *Ter.* donec eris felix, multos numerabis amicos *Ovid.* [18]ſin tale aliquid evenerit *Cic.* ſin aliter animus veſter eſt *Ter.* [19]omne animal, ſimulatque natum ſit, appetit voluptatem. ſimulac primùm ei occaſio viſa eſt *Cic.* [20]utcunque opus ſit *Ter.* utcunque animo collubitum eſt meo *Plaut.* [21]quanquam ita rem ſe habere arbitrarentur *Cic.* quanquam animus meminiſſe horret *Virg.* priuſquam incipias, conſulto opus eſt *Saluſt.* priuſquam pereo *Ter.* [22]tu ne cede malis *Virg.* ne conferas culpam in me *Ter.*

Græcæ

Græcæ Possibilem Subjunctivumve gubernant
(Queis sensûs par convenientia pene Latini)
Particulæ; [1]ἄν, [2]κὲν, [3]ἵνα, [4]ὡς, [5]ὅτε, [6]ὅπως, [7]ὅταν, [8]εἰσόκεν, [9]ὄφρα,
[10]Μέχρις, [11]ἕως, [12]πλὴν, [13]πρὶν, [14]ἤν; [15]εἰ *cum compositivis*,
[16]Εἴθε, & [17]ἐπεὶ, & [18]ἐπείκε & [19]ἐπείπερ, [20]ἐπειδὰν, [21]ἐπειδὴ:
Pauca quibus licet addere, [22]ἐὰν, [23]κἂν, [24]εὖτεque; [25]Μὴ ne;
[26]Οἷ *vel* [27]ὅποι quò. [28]*Nec pauca ex his Infinito*
Juncta modo, ferè semper [29]ὅσον, [30]πάρος, [31]ὤφελον, [32]ὥστε.
[33]*Major in his legitur libertas Græca Modorum.*

[1]Ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν Plato. ἂν θεὸς θέλῃ Demosth. [2]καί κε τὸ βουλοίμην Ιλ.γ.41. ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται Ιλ.α.218. [3]ἵνα μοι δοθείη Ephes. 6. 19. ἵνα πέσωσι Rom.11.11. [4]ὡς συγγράψαιμι Lucian. ὡς μὴ ἐκπέσῃ Id. [5]ὅτε ὕπνος ἱκάνοι Ιλ.α.610. ὅτε εἴπητε Luc.13.35. [6]ὅπως μὴ δοῦλος μέλλοι γενήσεσθαι Xen. ὅπως πληρωθῇ Mat.2.23. [7]ὅταν βούλοιτο Xen. ὅταν ὀνειδίσωσι Mat.5.11. [8]εἰσόκεν ἀνθρώποισι μιγείης Οδ.ε.378. εἰσόκεν εὕρωμεν Ιλ.ι.48. [9]ὄφρα εἴη Ιλ.π.568. ὄφρα τίσωσι Ιλ.α.510. [10]μέχρι καταντήσωμεν Eph.4.13. [11]ἕως ἀφίκοιτο Demost. ἕως προσεύξωμαι Marc.14.32. [12]πλὴν ὅτι δεύτερος εἴη Plut. πλὴν εἰ τοῦτό τις εἴπῃ Demosth. [13]πρὶν ἑαυτοῦ ἐπιμεληθείη Plato. πρὶν ἅπαντα εἴπω Demosth. [14]ἢν γνοίης Lucian. ἢν ἐμὲ ἀποκτείνητε Id. [15]εἰ δύναιντο Act. 27. 39. εἰ καταλάβω Phil. 3.12. εἰκαὶ μηδέν τις εἰδηκὼς εἴη. εἰκαὶ τυγχάνητε Demosth. εἴτε σκέψαιο Lucian. εἴτε καθεύδωμεν 1 Thess. 5. 10. [16]εἴθε γαμήσειαι αὐτὸν Lucian. [17]ἐπεὶ σφᾶς ἴδοιεν Xen. [18]ἐπείκε λίπῃ λεῦκ' ὀστέα θυμὸς Οδ.λ.220 [19]ἐπείπερ ἡγήσαιντο Xen. [20]ἐπειδὰν δεδογμένον ᾖ Demosth. [21]ἐπειδὴ προσβάλλοιεν Thuc. [22]τοῦτο ἐὰν γίγνοιτο Demosth. ἐὰν εἴπῃ ὁ δοῦλος Luc.12.45. [23]κἂν μηδὲν ὑπ' αὐτοῦ ἀγαθὸν πεπόνθοι Plato. κἂν ὑμεῖς μὴ πεισθῆτε Demosth. [24]εὖτε θέλοι Hom. Hymn. in Ven. v. 38. εὖθ' ἔρδωμεν Οδ.η.202. [25]μὴ γένοιτο Rom.6.15. σιώπα μὴ κακὸν ἀπολαύσῃς Lucian. [26]ἔφερεν ἄνεμος οἷ ἐθέλοι κυβερνήτης Lucian. [27]ὅποι πεμφθείην Demosth. [28]ὡς οὔτε καλὸν οὔθ' ὅσιον εἴη Plut. πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι Marc.14.72. [29]ὅσσον ἐπισπεῖσαι Epigr. [30]πάρος γαῖαν ἱκέσθαι Apollon. [31]ὤφελόν με ὀλέσθαι Id. [32]ὥστε τοὺς ὄχλους θαυμάσαι Matth. 15. 31. [33]πάλαι ἂν μετενόησε Matth. 11.21. καί νυ κεν ἀσκηθὴς ἱκόμην Οδ.ι.79. ἵνα μὴ φυσιοῦσθε 1 Cor.4.6. ὅτε ἐπλήσθησε αἱ ἡμέραι Luc.2 22. ὅταν δώσουσι Apoc.4.9. ἕως ἐστὶ καιρὸς Demosth. πλὴν χαίτην ἔχει Aristot. πρὶν ἀπέδωκε Demosth. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ Matth. 4. 3. ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω Luc. 1. 34. ἵνα εἴδομεν ἄμφω Ιλ. α. 363.

[1]Una negat, [2]dupla plus, [3]tripla plusq; negatio crescit;
At Subjunctivo omnis sic repetita cohæret.

[1]οὐ κλέψεις Matth.19.18. [2]ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε Gal.5.16. [3]οὐκέτι οὐ μὴ πίω Marc.14.25. sed dico tibi, ne temere facias, neque tu haud dicas tibi non prædictum *Ter.*

Diverso duo visa capi monosyllaba sensu;
Ne magis affirmat, negat *ut*, post verba *timendi*.

Id paves ne ducas tu illam; *i.e.* quòd duceres. tu autem, ut ducas *i.e.* quòd non duceres *Ter.*

Metho-

Methodus exponendæ, vel componendæ Sententiæ.

Exponi, vel componi Sententia promptè
Ut poſſit, primùm de Verbo *Signa* rogantur
Sum vel *ago*: rurſus de verbo eſt quæſtio *quis? quid?*
Recto reſponſum eſt caſu. Dein quæſtio *quem? quid?*
Cum recto & verbo, in quo ſiqua ſit actio, caſu
Reſponſum obliquo eſt; ſi paſſio, quæſtio *quis? quid?*
Reſponſum eſt recto. Hæc methodus Syntaxeos una eſt.
Porrò quære *quod*, aut cum *Nomine*, quod præit; aut quod
Inſequitur verbum, conſentiat *adjectivum*:
At *ſubſtantivum*, quod ſenſu eſt diſpare, caſu
Conſtruitur Genitivo. Indè ultima cura videndi;
Particula an ſit, quos & caſus, ſiqua ſit, optet.
Æqua Parentheſeos ratio eſt. Sin junctile nullo
Cum verbo Subſtantivum eſt, caſu exprime ſexto.
Hæc pueris Canonum præludia prima tenentor.

SCHE-

SCHEMATOLOGIUM,

Sive Figurarum Epitome.

Vocum Schema novum & ſpeciale Idioma, Figura eſt;
Communi variegatum ſermonis ab uſu.

Figura eſt triplex;
Grammatica, Poetica, Rhetorica.

GRAMMATICA.

Grammaticæ triplex tantùm eſt genus omne Figuræ;
Deficit Elleipſis, contrà Pleonaſmus abundat
Literulis vel vocibus; has & Enallage mutat.

Elleipſis. Pleonaſmus.

Demit [1]Aphæreſis initio, quod [2]Protheſis addit.
[3]Syncope de medio tollit, quod [4]Epentheſis infert.
Detrahit [5]Apocope fini, quod dat [6]Paragoge.
Copulam [7]Aſyndeton aufert, quam [8]Polyſyndeton auget.

Sæpius & [9]Defectus & [10]Excreſcentia dicti eſt.
[11]*Nominis* in Genitivo Elleipſis crebra *relati* eſt.

[12]Præpoſiti Elleipſis, novus ut Syntaxeos ordo,
Conturbat canones; bilem & Tyronibus excit.

Unius eſt etiam per plura [13]Periphraſis index.

[1]'ſt *Plaut.* [2]tetuli *Ter.* [3]dixti *Ter.* [4]induperator *Juven.* [5]men' *Perſ.* [6]claudier *Ter.* [7]Grammaticus, Rhetor, Geometres, Pictor, Aliptes *Juven.* [8]Alcandrumque Haliumque Noemonaque Prytanimque *Ovid.* neque privati quicquam, neque publici, neque profani, neque ſacri reliquiſſe *Cic.* [9]paucis te volo *Ter.* [10]hiſce oculis egomet vidi *Virg.* [11]Hectoris Andromache *Virg.* ubi ad Dianæ veneris *Ter.* [12]cætera lætus *Hor.* quid me fit? *Ter.* nefas viſu *Virg.* [13]vis Priami *Virg.* res voluptatum *Plaut.*

Enallage.

Enallage.

Vocem ad conceptam, Adjectivum [1]Syntheſis aptat,
Aut verbum; & ſpeciem, generis ſub nomine, multam.
Singula Subſtantiva ligat ſi copula; verbum
Ad plurale refert [2]Syllepſis, & Adjectivum;
Cum genere, & perſonâ quæ ſit dignior uſu:
Dignior eſt perſona, genusve quod ordine primum eſt:
Senſu ſi careant, neutrum genus aptius uſu eſt.
Sed numerum atq; genus cum proximiore remotum,
[3]Zeugma, quod eſt difforme, ſimul conforme reducit.
Literulam [4]Antitheſis mutare, [5]Metatheſis optat
Transferre, & [6]Tmeſis vocem in duo ſcindere membra.
Alternos in ſe ſubmutat [7]Hypallage caſus,
Transformat [8]Metaplaſmus, abutitur [9]Antiptoſis.
Præponit poſtponendam [10]Hyſterologia vocem.
Priſcâ [11]Archaïſmus, Græcâ utitur [12]Helleniſmus
Syntaxi. Malè turbatur per [13]Synchyſin ordo.
Denique *vocem* etiam verbi, *tempus*que, *modum*que,
Et *numerum* antiquis alternat Enallage Scriptis.
[14]Paſſio in Activo innuitur, ſine voce reflexâ:
[15]Nec, quod præcedit, conſervat copula tempus:
[16]Sæpe modus vice finiti venit infinitus:
[17]Primum imò numerum inducit junctura *ſecundo*.

[1]Tardi ſubeunt Tegeæa juventus *Stat. i.e.* juvenes. uterque luduntur dolis *Plaut. i.e.* ambo. quisque cæpere ſeſe extollere *Sal. i.e.* ſinguli. *viz.* hic & ille. aperite aliquis oſtium *Ter. i.e.* tu vel ille. alter in alterius jactantes lumina vultus quærebant taciti *Ovid. i.e.* alter & alter. Turba ruunt *Ovid. i.e.* turba hominum, ſive homines. *huc refer* abſente nobis *Ter. i.e.* me. [2]non bene conveniunt majeſtas & amor *Ovid.* Grammatice quondam ac Muſice junctæ fuerunt *Quint.* pater & mater mortui *Ter.* ſi Tu & Tullia valetis, ego & Cicero valemus *Cic.* Remus cum fratre Quirino jura dabant *Ovid.* labor & voluptas diſſimilia *Liv.* [3]utinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit *Ter.* hîc illius arma, hîc currus fuit *Virg.* [4]olli *Virg.* volt *Ter.* [5]Evandre *Virg.* [6]cum quibus erat cunque unà *Ter.* per mihi gratum feceris *Cic.* [7]in nova fert animus mutatas dicere formas corpora *Ovid.* [8]cum ſervili ſchemâ *Plaut.* pro ſchemate, cum Calchâ *Id.* pro Calchante. [9]ipſum ut vivat, optant *Ter.* [10]moriamur & in media arma ruamus *Virg.* [11]vivimus ævum vitalem *Plaut.* [12]abſtineto irarum *Hor.* [13]pilâ lippis inimicum & ludere crudis *Id.* [14]prora avertit *Virg.* [15]animus meminiſſe horret luctuque refugit *Id.* [16]omnes fortunas meas laudare *Ter.* [17]fixo gutture fumant Et latum mediâ ſulcum deducit arenâ *Juv.*

POETICA.

Porrò Poesis habet proprio de jure Figuras.
Tempus [1] Systole corripit, & [2] Diastole tendit.
Mensuras æqui variat pedis [3] Antipodia.
Vocalem [4] Synalœpha solet truncare, sequatur
Si socia, aut *h*. Vult [5] Ecthlipsis demere *m*, si
Non correpta manet: pariter *s* sustulit olim.
Voce [6] Synizesis mediâ collidere binas
Vocales solet, & neutram depellere sedi.
Producit [7] Cæsura brevem; si Syllaba vocis,
Quæ præit, extrema est, pedis initiumque sequentis.
Sæpe brevem liquida insequitur, vel spiritus asper,
Vel monosyllabon; hæc Cæsuræ vim tria præbent.
[8] Quod Crasis extendit, breviat quoq; Syncope membrum.
[9] Syllaba si fuerit decisa vel addita voci
Per Dialectum, perque Figuram, à fine retrorsum
Fert tonum: abit cum fine tonus, si vox sinè flexu est.
[10] Subjunctivam adhibere Licentia *Præpositivæ,*
Et contrà solet; [11] Hæc, ὅς, ὁ pro se mutua, transfert;
[12] Duplat vel tollit medias pro carminis usu;
[13] Tollendam servat vocalem vocis hiulcæ.
[14] Demptâ Præpositi vocali, consona nuda
Se reddit similem sociæ, quæ proxima, voci.
[15] Πὰρ gerit accentum in metris, si consona truncat.
[16] Initio ante ε vel ει servile frequenter ε præfit.
[17] Vocis, cui -φι, -φιν hæret, syllaba crebra novatur;
Neutrum-ος transit in -εσφι, obliquum-ος factum-όφι; [18] sic-α,
Sic -ον, -όφι: [19] -αυς facit -αυφι; ferè Aptota omnia casu.

[1] Stetĕrunt comæ *Virg.* [2] exercet Dīana choros *Id.* [3] Fluviorum rex Eridanus *Id.* [4] semper ego auditor *Juv.* [5] monstrum horrendum informe *Virg.* cocto num adest honor idem *Hor.* lustratu' nitore *Cic.* [6] alvearia vimine texta *Virg.* [7] pectoribūs inhians *Virg.* cantare credas Pegaseïum mēlos *Pers.* molli fultūs hyacintho *Virg.* ἀμφερεφέα τε φαρέτρην Ιλ. α. 45. [8] manĭbus, arcŭbus, γέρᾰ. [9] μουσάων Ιλ. α. 604. φθίμενος Ιλ. θ. 359. ἀλλ' οὐκ Ιλ. α. 24. [10] εἰλήλουθα Ιλ. α. 202. [11] ἣν διὰ μαντοσύνην τὴν οἱ πόρε Φοῖβος

Ιλ.

Ιλ. α. 72. ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει 1 Cor. 11. 21. [12]ἔδδεισε Ιλ. α. 33. ἔριψε Hym. Merc. 79. [13]ἀπόειπε Ιλ. α. 515. [14]ὑββάλλειν Ιλ. τ. 80. sic ἐκάμμυσ^ε Act. 28. 27. [15]πὰρ Ζηνὶ Ιλ. δ. 1. [16]ἐέλδωρ Ιλ. α. 41. ἐείκοσι Ιλ. α. 309. ἔειπε Ιλ. β. 194. [17]στρατόφιν Ιλ. κ. 347. στήθεσφι Ιλ. λ. 347. μελεδωνόφι. [18]ἐσχαρόφιν Οδ. ε. 59. ὀστεόφιν Οδ. μ. 45. [19]ναῦφι Ιλ. θ. 474.

Omnes miro adhibet pro jure Poeta Figuras.

Cucūlus *Hor.* Smarăgdus. ōhĕ, ŏhē *Mart.* Διὰ μὲν ἄρ ζωστῆρος Ιλ. δ. 135. ἀλλὰ βούλεσθε Οδ. π. 387. Ἄρες, Ἄρες Ιλ. ε. 31.

RHETORICA.

Rhetoricæ leviter perstringere membra Figuræ
Expedit, ut facilis scitu sit Classicus Author.
Vocis forma Tropus nova; *sermonis*que Figura est.
A proprio in sensum improprium conversio vocis
Est Tropus; indè capit nomen: Sed in omnia membra
Sermonis, species nova fusa nitore, Figura est.

Tropus 4^ex.

Apponit simili pro voce [1]Metaphora vocem.

Affini variat Metonymia nomine nomen;
[2]Pro causâ, effectum; [3]pro subjecto, quod adhæret;
Vel contrà. Varia inter se cognatio vocum est:
Ponitur ut [4]tempus pro re gestâ; [5]locus & pro
Contentâ; & pro signatâ venit utile [6]signum;
[7]Abstractum vice concreti; & [8]pretium vice mercis.

Pro specie, [9]genus; & pro parte, Synecdoche [10]totum; &
[11]Pluralem ob numerum primum: contráque reponit.

Ironia tegit sensum sub voce jocantem,
Ut [12]Charientismus; sensum & [13]Sarcasmus amarum.

[1]Ridet ager. ætas aurea *Ovid.* [2]pœnas dedit illud opus *Id.* Bacchus in auro ponitur *Virg.* [3]ternos, Amarylli, colores necte *Id.* hircus habet cor *Mart.* [4]secula mitescent *Virg.* expectate cicadas *Id.* [5]effudistis in me carcerem *Cic.* vina coronare *Virg.* [6]cedant arma togæ *Cic.* crepat ingens Sejanus *Juven.* [7]ubi illic scelus est? *Ter.* [8]hîc sunt tres minæ *Id.* [9]perniciosum animal, hominem perdidimus *Cic.* sint Mecænates, non deerunt, Flacce, Marones *Mart.* [10]fontem ferebant *Virg.*

O lepidum caput! *Ter.* [11]obtulimus quia nos ad prima pericula. otia miles agit *Ovid.* [12]ſalve bone vir, curâſti probè *Ter.* Heſperiam metire jacens *Virg.*

Conſectaria.

Quadrupla ſæpe Tropo comes eſt Affectio cuivis.

Verba fide majora, minorave [1]Hyperbole fundit.
Depravat vocem [2]Catachreſis. Claudere multos
Unâ in voce Tropos [3]Metalepſis; nectere in uno
Multos ritè Tropos vult [4]Allegoria dicto.

[1]Ruta facit nemus Dianæ. magna nimis loquimur, cochleam cum mittere poſſis, denique cum poſſis mittere, Paule, nihil *Mart.* [2]vir gregis *Virg.* [3]poſt aliquot ariſtas *Id.* [4]O navis, referent in mare te novi fluctus, *&c. Hor. Od.* 14. *lib.* 1.

Figura 2[ex.]

Aut repetit verba; aut dictum confirmat Elencho.

1[o.] Repetitionis.

Principium & finis dicto [1]Epanalepſis in uno eſt.
Ingeminat ſibi vocem [2]Epizeuxis. [3]Anaphora vocem
Principio bis ponit; [4]Epiſtrophe fine bis addit;
[5]Symploce & incipit & finit; ſed clauſula bina eſt.
Finit & incipit [6]Anadiploſis: & hæc dupla; prorſum,
[7]Climax dicitur; inverſim, [8]Epanodosque vocatur.

[1]Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa *Virg.* [2]O Corydon, Corydon *Virg.* [3]paſcere crudelis noſtro, Latona, cruore; paſcere, ait *Ovid.* [4]quis legem tulit? Rullus. quis populum ſuffragiis privavit? Rullus. quis tribus, quas voluit, vocavit? Rullus. quis decemviros, quos voluit, nunciavit? Rullus. *Cic.* [5]quàm bene, Caune, tuo poteram nurus eſſe parenti! quàm bene, Caune, meo poteras gener eſſe parenti! *Ovid.* [6]hic tamen vivit. vivit? imò in Senatum venit *Cic.* [7]ſi illis, quod libet, licet; & quod licet, poſſunt; & quod poſſunt, audent; & quod audent, faciunt; & quod faciunt, nobis non moleſtum eſt *Cic.* [8]Demophoon, ventis & verba & vela dediſti; vela queror reditu, verba carere fide *Ovid.*

Con-

2°. Confirmationis.

Schemata vim verbis addunt: velut [1]Ecphonema; [2]Puſma; [3]Proſopopœïa; [4]Parabola; [5]Hypotypoſis; [6]Apoſiopeſis; [7]Paralipſis; [8]Diaporeſis; [9]Epimone; [10]Prolepſis; [11]Epitrope; & [12]Oxymoron.

Plus ſatis hæc; quæ Tyro tener de nomine ſciret.

[1]O terra, O maria Neptuni! *Ter.* [2]quouſque tandem, Catilina, abutere patientiâ noſtrâ? *& quæ ſequuntur Cic.* [3]Tecum, Catilina, Patria ſic agit, & quodammodo tacita loquitur; Nullum jam tot annos facinus extitit, niſi per te, *&c. Cic.* [4]Ego, apis Matinæ more modoque grata carpentis thyma per laborem plurimum, circa nemus uvidique Tiburis ripas, operoſa parvus carmina fingo *Hor.* [5]Hîc Dolopum manus, hîc ſævus tendebat Achilles; claſſibus hîc locus, hîc acies certare ſolebant *Virg.* [6]Quos ego *Virg.* [7]non queror diminutionem vectigalium, flagitium hujus damni; prætermitto illa, prætermitto omnem orationem, *&c. Cic.* [8]equidem quò me vertam, neſcio. negem fuiſſe illam infamiam judicii corrupti? negem *&c.* non eſt noſtri ingenii; veſtri auxilii eſt, Judices, hujus innocentiæ ſubvenire *Cic.* [9]Facinus eſt vincire civem Romanum; ſcelus, verberare; parricidium, necare; quid dicam, in crucem tollere? *Cic.* [10]an hoc dicent mihi? invitus fecit, lex coegit; audio, fateor: verùm ſcientem, tacitum cauſam tradere adverſariis, etiamne id lex coegit? *Ter.* [11]habes, Tubero, quod eſt accuſatori maximè optandum, confitentem reum; ſed tamen hoc ità confitentem, ſe in eâ parte fuiſſe, quâ Te, Tubero; quâ virum omni laude dignum, patrem tuum: Itaque priùs de veſtro delicto confiteamini neceſſe eſt, quàm Ligarii ullam culpam reprehendatis *Cic.* [12]Tu pol ſi ſapis, quod ſcis, neſcis *Ter.* Vis dicam, malè cur ſit tibi, Tucca, bene eſt *Mart.*

FINIS.

Tolle, Puer Generoſe, duo Breviaria Muſæ
Ludicra Grammaticæ, tetricas fallentia curas.
Non opus ad vigilem ſtudio pallere lucernam,
Nec linguæ pretio patier diſpendia mentis.
Siſte domi, à ſumptu tutus damnoque viarum:
Ad te Roma venit nutrix & Græcia; & ambæ
Præceptum primæ lallant cunale loquelæ.